¶ Nos aũt hic dicim⁹ neutrã istarꝫ opinionũ posse bñ demõstrari. si quis em̃ vult vltimuꝫ modũ tolerare ꝛ ei magis adherere habet imaginari q tãtum põt facere: immo plus ad facilẽ tolerãtiam ieiunij frigiditas i melancolico: vnde fit pauca resolutio ꝛ cõsumptio: quãtuꝫ humiditas in sanguineo resistens resolutioi: ꝛ multi nutrimenti in eo cũ multo calore multũ fortiter resoluẽte due em̃ sunt cause in facilitate tolerãtie ieiunij vna humiditas alia frigiditas: ꝛ lꝫ nõ vltima ta parata ꝯtinue extingui vt decrepitorꝫ: sꝫ vna illarꝫ plus reperitur i melancolico seu frigido: ꝛ sicco corpore. Alia plus i corpe calido ꝛ humido ꝛ q̃ illarũ ad illud plus opereř non est bene demõstrabile: sed potius arbitrabile ꝛ cõiecturabile. ¶ Unde nota cũ his q in hoie frigide ꝛ sicce cõplexionis est densitas pororꝫ multa ꝛ mẽbra solida difficulter resolubilia: ꝛ hũores etiã ꝛ spũs grossi q̃ oia faciunt ad facilitatẽ tolerãtie ieiunij: ꝛ his cõtraria in hoie calide ꝛ hũide cõplexiõis sunt reperta. Uñ Auic. Et sunt de hoibus quidẽ qui sunt exuberãtis carnis: sed cuꝫ abscindiř ab eis cib⁹ debilitanř ꝛ extenuationẽ incurrunt qꝛ nõ tolerant⁹ phibitionẽ cibi. Multitudo aũt carnis calide ꝛ humide cõplexioni testař: vt pꝫ ex tegni. ¶ Ad illud aũt q a Cõciliatore allegař ex 2° cõplexionũ posset dici q mẽs Gal. absolute nõ est ibi dicere q corpora que habent latas venas facili⁹ tolerant ieiuniũ q̃ corpora que hñt venas strictas: cum illa sint corpora calida ꝛ ista frigida. Sed eius intẽtio est q sicut ex strictura venarum ꝛ latitudine earum nos scimus an pinguedo vel gracilitas corporis sit ex natura vel ex consuetudine: vt pꝫ legenti eũ ibi: ita vult dicere quod iam dixit Hypo. ex latitudine ꝛ strictura venarũ nõ scimus de tolerantia facili vel difficili ieiunij in corporib⁹: an illud sit ex naturali cõplexiõe vel ex cõsuetudine ꝛ acquisitione: qꝛ si corpus sit latarũ venarũ: ꝛ nõ ledař ex abstinentia cibi hoc nõ est: pp ter cõplexionẽ naturalem ei⁹ sed qꝛ in venis multiplicauit sibi multitudinem nutrimẽti: qꝛ sanguinis: pp ter cuius multitudinẽ potest stare multũ absqꝫ cibo. ¶ Et si aliquis habens strictas venas ledatur ex phibitione cibi ꝛ nõ facile abstineat ab illo nõ est pp ter cõplexionẽ naturalẽ eius. sed propterea: qꝛ talis vsus est abstinentia. vnde minorat⁹ est sanguis eius in venis ꝛ gracilis factus est pp ter qd paruꝫ de nutrimẽto existẽte in corpore eius ex quo mẽbra pñt nutriri difficulter abstinet a cibo ꝛ ex abstinẽtia illa multum leditur. ꝛ talis dicereř esse intellectus Gal. ibidem diceretur enim q si in corpore calido ꝛ humido vt sanguineo est multitudo humidi nutrimẽtalis. Uñ videař q corpus predictum absqꝫ cibo possit diu stare absqꝫ nocumento: hoc tamẽ nõ accidit in pdicto corpore. ꝛ hoc pp ter multitudinẽ caloris existẽtis in eo ꝛ facilitatẽ resolutionis predicti humidi: ex quibus cõtinue est in eo indigentia multi nutrimenti: pp ter qd sine cibo stare nõ potest quãtum corpus frigide ꝛ sicce cõplexiõis. ¶ Et ad intellectum hunc hui⁹ dicti Gal. allegati trahereř ꝛ intelligereř textus Gal. pmo regiminis acutorꝫ. cũ dicit. q ille põt tolerare ieiuniũ cui⁹ vene sunt late ꝛ ample: quẽadmodũ enim ibi cõmuniter diciř duplicẽ ẽ attendere latitudinẽ circa venas. vnã insequẽtem magnitudinẽ corporeitatis earum aliaꝫ insequẽtem solã magnitudinẽ seu multitudinẽ cõtenti in ipsis. homo enim habẽs venas latas pmo modo nõ est nat⁹ tolerare ieiunium: immo cũ difficultate tolerat ꝛ de hac latitudine nõ loquiř Gal. in primo regiminis. verbo p allegato. sꝫ hõ habẽs venas latas. 2°. mõ. qui est apt⁹ tolerare ieiunium pp ter multũ aggregasse de materia nutrimenti ꝛ de tali latitudine loquiř Gal. Signũ per sua verba. nã dicit de eo quẽ vult posse tolerare ieiuniũ. Ponam⁹ ergo hominẽ cuius forma corporis. i. habitudo natura ẽ sicca i. dura solida ꝛ superficies eius corporis extrinseca est spissa. sꝫ clarum est. q tale nõ est sanguineũ vel colericum: in quibus est latitudo venarꝫ q̃tum ad earum corporeitatẽ. vñ subdit ꝛ vene eius sunt ample supple p plenitudinẽ multã sunt examplíate. Et signum q sic intelligatur est: qꝛ ponit istum multos cibos comedisse et per hunc modum põt intelligi dictũ 2°. de cõplexionib⁹ superius allegatum. ¶ Qꝛ etiã corpus sanguineũ difficilius toleret ieiunium corpore frigido ꝛ sicco. pbař. qꝛ ieiunium in corpore sanguineo generat in eo ꝓ pter cachochimiã ꝛ humores suos ineptos reddit ad nutrimentum eius. nam in ieiunio corpus supcalefit cum ex cibo refrigereř vt in de morte ꝛ vita. Calefacto aũt in sanguine cito ipsum cõuertit versus coleram ꝛ ineptuꝫ eũ reddit ad nutrimẽtũ: qd nõ accidit in corpe fride cõplexionis multo ergo plures videnř ꝯcurrere cause in

Complexio frigida et sicca.

Hõ cui⁹ vene late ampleqꝫ sũt pt ieiuniũ tolerare.

Uene duplicẽ hñt latitudinem.

corpore frido ꝛ sicco ad facilius ieiunium tolerandū ꝗ perpendis ex dictis ꝙ in calido ꝛ hũido. ¶ Si considerās has duas opiniones potes quā vis sustinere ex eis tolerare quācūqȝ tu teneas attende ꝙ nõ solum ex tali vel tali cõplexiõe insurgit in corpore facilitas vel difficultas ieiunū tolerandi: sed ex multis alijs particularibus cõditionibꝰ põt illud qȝ dictū est in cõplone variari ꝛ cõpositio corporis ꝛ modus sube membroꝝ vel humoꝝ ꝯsuetudo corporis diuersitas particularis in mēbris diuersis vt stomaci ab alijs mēbris ꝛ multa similia que per te potes perpēdere. Quapropter bñ superiꝰ supponebat regula Gal. cõparatiue 2° de ꝯplonibꝰ ¶ Attende tamē si velles tenere opionē Cõciliatoris ꝓpter textuȝ Gal. 8° terapē. allegatū. ꝙ Ga. ibi pncipalr cõplexiones cõparat adinuicē ꝛ plus in facili vel difficili casu in febreȝ ꝗ in facili vel difficili tolerātia ieiunij. Secūdo ēt aliū modū a mõ cõcilꝛiꝰ iā datū talis erit situatio ꝯplonū. nā post illas imediate situabit ꝯplo melēca frigida ꝛ sicca: vt iam dcm̄ est. deinde post illā cõplo tēperata. deinde calida ꝛ hũida Post illā vero sicca tm̄ esto forte ꝙ de his posset esse aliqualr dubiū. Post illā aūt sequit cõplexio calida tm̄ cū tēperamēto passiuaꝝ. vltimo aūt est cõplexio calida ꝛ sicca que inter oēs difficilius tolerat: vt claꝝ: ꝛ ista satis sunt manifesta absqȝ ꝓlixiori sermone. ¶ Cõciliator aūt ordinat alr post cõplexionē frigidā tm̄ ordinate imediat calīam ꝛ hũidam: sed quid de hoc iam patuit: deinde ponit frigidā ꝛ siccā. Deinde ponit siccā tm̄: deinde ponit tēperatā. Sed hic errauit in ꝓpatulo. nam clarū est: ꝙ nõ facilius tolerat ieiuniū tēperata ꝗ cõplo soluȝ sicca. in alio textu. qꝛ in tēperato hũiditas est cum maiori ꝓportiõe ꝛ quātitate ad calidū ꝗ in sicca tm̄ cū tēperamento actiuaꝝ notum est. sed vbi plus de hũido ceteris paribꝰ ibi faciliꝰ ieiunium tolerat: deīde põit calidā tm̄. vltimo ponit calidā ꝛ siccam vt est notum: qꝛ in causa resoluente. s. in calore cõicant cum illa sicca tm̄. ponat tn̄ in actiuis tēperata ꝛ tēperata excedat illaȝ in humido. hũiditas aūt est vna de causis facilitatis tolerātie ieiunij. ergo tēperata facilius ieiuniū tolerabit. deinde ponit calīam tm̄. vltimo ponit calīam ꝛ siccā. ꝛ est notum per se. ¶ Sed hic circa hanc materiam volumus vnum dubium recitare. Nam Gal. dicit in Cõmēto afforis. Senes facillime ꝛc. ꝙ facilitas tolerantie ieiunij est cū corpus nõ cito incurrit famē: ꝛ cum ei fames nõ nocet si abstinuerit. modo supra habitū est ꝙ corpora frida facilius tolerāt ieiuniū calidis. maxime frigidū ꝛ humidū: sed tale corpus videt citius famē incurrere corpore calīo: qꝛ stomacꝰ fridus habet appetitū fortiorē stomaco calīo vt in tegni. Cū ergo frigiditas sit causa appetitꝰ ꝛ caliditas causa oppositi videt predictū citius famē ꝛ appetitū incurrere ꝛ vehementiorē: ꝛ hoc videt ēt plus nocere a tolerātia famis. nam appetitꝰ stomaci ꝗto est vehemētior si nõ saturat tāto videt vehemētiorē passionem incurrere. ¶ De hac aūt materia loq̄mur cuȝ infra disputabimus de fame ꝛ siti: ideo hic per te in hoc ꝯsidera. Attende tn̄ ꝙ nõ causatur appetitꝰ in stomaco seu fames: ꝛ hoc loquēdo de fame nāli: nisi fm exigentiā mēbroꝝ: ꝓpter quā a stõaco exucant: vt pȝ 4° de accñti que q̄dem indigentia amplior est: vt predictū est in corporibꝰ calidis ꝗ frigidis. vnde necessitas est vehemētior in his a sumptiõe cibi. quātūcūqȝ enim friditas stomaci sit iuuans appetituȝ. essentialis tn̄ causa ꝛ pncipalis est illō qȝ dcm̄ est ¶ Attende etiā ꝙ stomacus fridus diceret maxime hre appetitum intensum in cõparatiõe ad sui digõnē. Silr etiaȝ ꝯsidera ꝙ calitas ꝛ friditas sunt illius pticulares cause solum circa stomacuȝ se versantes. Silr aūt attende ꝙ aliqñ alicꝰa stomacꝰ põt habere appetitū magis acutuȝ ꝗ alius: ꝛ tamē tardius illū icurret altero ꝓpter tardiꝰ cām illius accidere. similr minus ex tolerātia illiꝰ lederet cū in corpore ēēt mā sup quā calor nālis possȝ se conuertere. nec ēēt: nec erit cā vehemēs sic ꝯtinue illū incitans. ꝛ tu ois diligēter attende ꝛ ad locū iferiꝰ assignatū reserua. ¶ Ad ꝓcõnē aūt hꝰ quesiti attēde cõsiderādū sicut pȝ p verba Ga in 8°. post verba superiꝰ allegata. ꝙ duplex est facilitas vl difficultas in tolerātia ieiunij vna que respicit nocumētū pñe qȝ ex ꝓdicta tolerantia accidit: ꝛ sic ꝯ°nes ordinant in facili vel difficili tolerantia famis fm modū superiꝰ datū. Alio mõ põt cõsiderari facilitas ꝛ difficultas tolerātie ieiunij ꝗtum ad abiectionē siue releuationē ex nocumēto qȝ accidit ex tolerantia famis. Et ꝗtū ad hoc cõplo frida ꝛ sicca peius ieiuniū tolerat ꝗ ꝯplo sicca tm̄: imo nõ soluū videt vltima in ordine iter alias ꝗtuor dictas supra ꝗ minꝰ a ieiunio leduntur: imo ēt videt hoc esse in cõparatiõe ad illas que cito a ieiunio leduntur: ꝛ lȝ ista faciliter toleret ieiuniū ꝛ nõ cito ledatur ex fame: nisi fm ordinē datuȝ. Et causa hꝰ qȝ dicit est: qꝛ nulla est cõplexio que sic difficulter remoueatur a nocumēto ieiunij. sicut ista qñ incurrit illud. Et rõ est: qꝛ nocumentū qȝ accidit ex ieiunio est resolutio: ꝛ releuatio a tali nocumēto est per restaurationem: in tali aūt cõplexiõe difficilior est restauratio ꝗ in alijs quibuscūqȝ ꝓpter paucitateȝ caloris qui est in eis restauratio aūt cū fiat per cõuersionē eget caliditate ꝓcipue: cum ēt qȝ in mēbris istoꝝ est siccitas ꝛ duritiea. Unde in istis difficulter põt fieri inuiscatio qua restauratio multū indiget: vt pȝ 6° de accñti. vnde Ga. ibi. ꝛ 8° ad hanc intentioneȝ dicit ledere aūt frida ꝛ sicca maxime deinceps vt multo tēpore indigeat vt in qbꝰ fm naturaȝ reuertantur. qui ita sunt discrasiari ꝛc. Et subdit. sicca deniqȝ quidē: sed euacuata fȝ aliā oppositionē natura corporis in lõgioribꝰ ieiunijs attenuant quidē frigida ꝛ sicca magis reducat quidē facilius ꝯpetenti dieta ꝛc. ¶ Ex his aūt que habita sūt possūt aliqua leuiter remoueri que ꝓdictis sentētijs ꝯria eē vident. ꝛ pmū est ꝙ lȝ cõplexio calida ꝛ hũida sit lõgioris vite alijs distēperatis. ipa tn̄ nõ facilius tolerat famē: ꝓpter illud qȝ habitū est. longitudo em̄ vite dependet ex causis supra enumeratis in ventis in corpore sipost modū predictuȝ corpus regatur regimine illi cõuenienti. incursus autē in famē ꝛ tolerantia facilis famis vl difficilis ex causis ab illis multū diuersis i hoc quesito positis que plus in alia reperiunt cõplexione ꝗ in calida ꝛ hũida. vnde si calida ꝛ hũida possit multū resolutioni resistere hoc est si per nutrimentū refocillatione suscipiat prout sibi est debitū ꝛ necessariū silr. Multū aūt diuersuȝ ꝛ alteꝝ est de tolerantia euacuationuȝ: vt flõmie ꝛ farmacie quas facilius tolerat calida ꝛ hũida complexio frigida ꝛ hũida ꝛ de tolerātia ieiunij: lȝ ieiuniū inter euacuationes reponatur: vt põt clare apparere ex dictis: ex eo enim ꝓpter causas dictas flātica cõplexio iuuat cõuersiõe flegmatis in benignū sanguinē. ¶ Qȝ aūt arguitur de silitudine etatis ꝛ cõplexionis. nullo mõ in hoc est silr: ꝛ hoc apparebit ēt cum de etatibus in tolerātia ieiunij ifra ꝗremus. Et appet experientia in his heremitis qui sunt cõplexiõis melācolice. ꝛ tn̄ sunt faciliter ieiunātes. multū est: ꝓpter multiplicē aliā cām: vt a cõplexiõe vel ꝓpter ꝯsuetudinē: vel qꝛ per accñs multiplicāt humidas mās flāticas. Uel posset dici ꝙ bñ possent tolerare ieiunium saltē in cõpõne ad mltas alias ꝯplones fȝ opionē 2ᵃᵐ su pradcāȝ. ¶ Cõsidera ēt ꝙ ipsi mltū stāt in ocio corpis ꝛ q̄ete. Uñ ex illo modicū resoluunt. sunt ēt mltū occupati in cogitatiõibꝰ erga deū: vt ex hꝰ ꝯtrus nālis a luis opatiõibꝰ diuertat: vt ex hꝰ a ieiunijs nõ sic pcipiāt nocumētū. Et silr in alijs. Ex dictis posses discurrere q̄ ꝯ ꝓdcāȝ snīam vident opponi ꝛc.

Margin note (beside "Deinde ponit siccā tm̄"): Cõplo sicca faciliꝰ tolerat ieiuniū ꝗ tēpata.

Margin note (beside "fatur appetitꝰ"): Appetitꝰ seu fames in stõco ꝗ causat.

Margin note (beside "ꝙ lȝ cõplexio calida ꝛ hũida sit lõgioris"): Cõplo lõgioris vite an faciliꝰ tolerat famem.

¶ Utrū ꝯplo nālis ꝛ etatiua sit vna ꝯ°. Q. xvj. 13

In hac scđa parte hꝰ scđi tractatus querētes ea que circa etates sunt primo querimus.

¶ An ꝯplo naturalis ꝛ etatiua sint vna cõplexio. cū ab eis diuerse sumant idicatiões: vt pȝ in mõ ordinatiõis diete. Cõplo enim etatiua hũida difficulter ieiuniū tolerat: vt pȝ de pueris: cū tn̄ cõplo nālis et hũida iter alia faciliꝰ ieiuniū toleret: vt pȝ ex añti ꝗsito. ¶ Propter solõnē hꝰ ꝗsiti aliqs ponemꝰ ꝯ°nes in qbus eius vitas appebit. ¶ Prima ꝯ° est. ꝙ nālla cõplo dicit calida frigida sicca vel hũida: in cõpatiõe ad nāleȝ cõplexionē corpis tēperati. Ad illā em̄ oēs nāles distēperantie cõparant: vt pȝ in tegni. ex quo statim seqtur cõplexio nālis in nobis isurgit fm ꝙ in ea: vt in nobis plꝰ abūdat ꝛ frigidū ꝛc. in cõparatiõe ad tēperatā cõplonē hois tēperati ad iustitiā: ꝛ hoc fm quācūqȝ opinionē loquamur de cõplexione siue ponat cõstituta: ex quatuor qualitatibus actualiter siue virtualiter siue ponat qualitas simplex vel cõmixta: nõ est nobis cura.

¶ Scđa ꝯ° est. ꝙ cõplo etatiua nõ dicit calida frigida sicca vel hũida in cõparatione ad nalē ꝯplonē hois tem

Margin note (beside "Propter solõnē"): Etatiua hũida cõplo difficulter ieiuniū tolerat.

perati:ꝛ hoc lꝫ:qꝛ ita tēperata cōplo discurrit p oēs eta
tes ꝛ p tēperatā etatē:ꝛ p distēperatā quecunqꝫ sit illa:
quēadmodū ꝛ naturales cōplones distēperate.cū ergo
ambe.naturalis.s.cō plexio ꝛ etatiua in hoc cōicent laꝫ
vna ipsarū nō dicit talis per cōparationē alteri⁹. ¶ 3ª
ꝯclo est.ꝙ cōplo etatiua dr̄ cal'a frida ꝛc.p cōparationē
ipsi⁹met ad semetipsam in diuersis tpib⁹ fm ꝙ corp⁹
est,magis ꝑpinquū ꝑncipijs gn̄atiōis vel remotū ab il-
lis. Et ppter hāc ꝯclonem attētione dignū ꝙ in nobis
causat diuersitas ab intra in etatib⁹ex diuersa propor-
tione quā hꝫ cal'm nostrū naturale ad humidū radicale
in decursu vite nr̄e.cū em̄ cal'm naturale est in tali ꝛ tā-
ta ꝑportione ad humidū radicale qꝺ ipm extendat et
augmētet ꝛ plus facit.al.fiat de restauratiōe ꝙ fiat de-
perditio est etas cal'a ꝛ humida:siue vis appellare eta-
tem tpatam:nō curo mō:qꝛ hoc infra appebit ꝙ est vs-
qꝫ ad initiū iuuētutis q̄ qdē in se cōtinet plures ꝑticula
res etates fm diuersa q̄ apparēt in corpe in diuersis tē-
poribus in qbus ꝑdicta perdurat etas: vt est videre ab
auic.caᵒ de etatibus:ꝛ ab Alberto lib.quē de etatib⁹ cō
struxit.illo em̄ tpe cal'm naturale multū est in quāto: vt
appebit in alio q̄stio inferi⁹:humiditas ēt radicalis est
multa. Quapropter possibilis est extēsio eo tpe ꝛ aug-
mēti motus. Cū aūt ꝑcedēte tpe ex resolutiōe humidi
a cal'o in corpe efficit maior siccitas ampli⁹ augeri non
posset.ꝛ adhuc nō diminuto calore fiat restauratio pro
portiōalitet resolutiōi.cātur aūt etas q̄ iuuētus appel-
latur in qua dicit corp⁹ stare qꝺ intelligit quo ad quāti
tatem:qꝛ toto eo tpe tantū restaurat q̄tū depdit:ꝛ ideo
corp⁹ nō auget nec diminuit ꝛc. Silr̄ ēt dꝛ stare quo ad
ꝟtutes:qꝛ virt⁹ illo tpe adhuc ꝑmanet illesa:nō tn̄ dicit
tūc corp⁹ stare qn cal'm nō ꝯtinue exiccet suū humidū:
cū ꝯtinue corp⁹ tēdat ad siccitatē:vt appebit clare i hoc
q̄sito. Cū aūt vlteri⁹ ampli⁹ resoluat humidū ꝛ exiccet:
vt cōsequat ad resolonē ꝛ ꝯsumptionē eius diminutio
calidi:cū ieipm corrūpit ad corruptionē sui subi accidit
ꝙ tūc fit ꝟtutis diminutio:lꝫ nō sensibilis:ꝛ lꝫ ēt apud
aliquos adhuc nō fiat diminutio in sb̄a corpis:sed solū
in ꝟtute minor restauratio ꝙ fiat resolutio:ꝛ causatur
alia etas que appellatur etas secūde senectutis:que in
se ēt diuersitatē recipit vt ē ab auctoribus videre:quē-
admodū ēt tangit Hypo.in afforis. Senes facillime ꝛc.
a Ga.cū dicit.de senib⁹ ꝛ seniorib⁹ ꝛ decrepitis ꝛc.ꝛ talis
decursus per etates oi nāli ꝯplōni est ꝯueniēs siue tē-
perata sit siue distēperata. Quapp talis diuersitas cō-
plexiōis etatiue per cōparationeꝫ corporis ad seipm in
diuersis tēporib⁹ vite sue:ꝑut est magis ꝑncipijs gene
rationis ꝑpinquum vel remotū:est resultans vt in con-
clusiōe ꝑdicta ꝑmissuꝫ fuit. Et si ꝑpendis etates possūt
esse vel poni plures ꝛ pauciores fm diuersos respect⁹:ꝛ
terminus ꝑdurādi vniuscuiusqꝫ etatis in ꝑdicto li° assi-
gnat ab alberto. Quidā ēt assumūt distīctionē in etati-
bus:vt p astrologos pꝫ fm dn̄iuꝫ diuersorū planetaꝝ:
quā distinctionē mō nō ꝑseqmur:qꝛ ꝛ ab eis ꝛ a multis
alijs in ꝙ pluribus locis inuenies recitataꝫ.

permutatio cōplonis etatiue.

¶ Quarta ꝯ° est.ꝙ cōplo nālis ꝑt talis ꝑmanere a ꝑnci
pio gn̄atiōis vsqꝫ in finē:lꝫ de calida ꝛ sicca sit spāle du
biū:vt inferius appebit. Cōplexio aūt etatiua nec'io fꝫ
diuersas etates ꝑmutat.ꝛ pꝫ hec ꝯ° quo ad ꝑmā parteꝫ:
cū corpus tēperate ꝯplōnis possit in omni etate ꝑdura-
re tēperatū. Et lꝫ latitudo ꝑdicte cōplōnis sit multa in
diuersis etatib⁹:vt supra appuit.imo ꝑdcm̄ corp⁹ ex sui
intrinseca aptitudine est aptuꝫ ꝑdurare tale in toto tpe
vite sue:vt pꝫ in tegni de corpore simplr̄ semper sano.2°
pars ꝯ° is est p se clara. Qꝛ ergo ꝯplo nāturalis dꝛ talis
per ꝯparationē ad tēperatā:ꝙ tūcūqꝫ corpus flāticuꝫ in
etate iuuentutis vel senectutis dicat esse sicce ꝯplōnis
etatiue:hoc non est nisi q̄tuꝫ sibimet cōparat cū erat in
anteriori etate:respectu tn̄ iuuenis tēperate ꝯplōnis vl
senis tēperati dꝛ cōplonis humide. hec em̄ stant simul
aliqd posse dici siccū i aliquo tēpore respectu suimet in
tpe alio:ꝛ hūidū respectu cuiusdā alteri⁹ appellari.

¶ Quīta ꝯ° ē.ꝙ cōplo nālis ꝛ ꝯplo etatiua est eadē cō-
plexio que cōplo tn̄ sigt ꝙ res illa extra aīam q̄ ꝑncipa
liter sigtur seu iportat per cōplexionē nāleꝫ:ꝛ per ꝯple-
xionē etatiuā per hos duos terminos est ꝑci̇ꝭ eadeꝫ res
seu,eadem cōplexio. Et rō est.qꝛ corpus in ꝑn° gn̄atiōis
acquirit vnicā ꝯplōnē nāleꝫ sibi:cū qua per totū tēpus
vite sue decurrere pōt:que quidē cōplexio latitudinem
multā intra suos terminos suscipit:vt cuilꝫ est notū.fru
stra ergo ois alia ab hac distincta poneretur.

¶ Sexta ꝯ° est.ꝙ cōplexio nālis ꝛ etatiua drn̄t.q̄tū ad
eoꝝ diffōnes expmētes qd nois ꝑpter diuersa que a ꝑ-
dictis terminis cōnotant:aliqd em̄ ꝯnotat per hūc ter-
minū ꝯplo etatiua qꝺ nō cōnotat per hunc terminū cō-
plexio nālis. Quapropter dicti termini diuersas habēt
diffōnes expmentes qd nois:ꝛ aliqd ponitur in diffōne
vnius qꝺ nō ponit in diffōne alterius. Ex quo statiꝫ se-
quit ꝙ multa ꝑdicata possunt ꝑdicari de vno istoꝝ ter-
minoꝝ que nō ꝑdicant,de alio:tn̄ nō arguit illud qꝺ ꝑn
cipaliter per duos terminos iportat esse diuersuꝫ:lꝫ il-
la que per illos ꝯnotant sint diuersa.ꝛ declarat hec ꝯ°.
nam per ꝯplōnē etatiuā cursus ꝛ lapsus seu successio tē
poranea declarat:vt clare ē videre per etatis diffōneꝫ.
Albertus em̄ etatem diffinit. Etas est spaciū tēporis in
viuente,relictū in quo virtus vite oēm ꝑficit sue opatio
nis mensurā ꝛ modū:nisi per accn̄s ipediat. Quidā aūt
dicunt.etas est spaciū vite aīalis in quo crescit:stat ma
nifeste:ꝛ occulte diminuit:ꝛ vlr̄ est ab omnibus videre.
qui etateꝫ diffiniunt. Per cōplexionem aūt nālē vt cla-
rum est:nō cōnotat illa tēporanea successio cū ipsa vna
existēs in latitudine sibi cōpetenti per oēs etates ꝛ vite
spaciū qꝺ possit decurrere:vt iam declaratuꝫ fuit. Silr̄
p diuersas etatiuas ꝯplones discurrēdo cū talis dicit
hūida:talis sicca ꝛc.sigtur ꝯplo pn̄s in corpore ꝑut sibi
met in alio tēpore extiti ꝯpat. Nālis aūt ꝯplo vt ꝑdcm̄
talis vl' talis noiat vt sit eius ꝯpatio ad tēperatā ꝯplo-
neꝫ. Quapp cōnotatura dictionū aut terminoꝝ existit
diuersa ꝛ diuersas hn̄t diffōnes dcō iam mō. ¶ Ex qb⁹
statim appet ad illud qꝺ in ꝑn° adducebat:nō em̄ est in-
conueniēs ꝙ ab eodē diuersis ꝯpato diuersa sumat cl-
bationis indicatio:nec pp hoc in illo diuersitas reꝝ ar-
guit:ꝛ ita est in ꝑposito nā nō est icōueniēs ꝙ puer hu-
mide ꝯplōnis vt puer flāticus in cōparatiōe ad pueruꝫ
colericū facilr̄ toleret ieiuniū qꝺ facili⁹ illo:ꝛ ꝙ nihilo-
minus hic puer flātic⁹ valde difficulter toleret ieiuniuꝫ
in cōparatiōe ad illud qꝺ faciet cuꝫ erit senex vel iuue-
nis:ꝑpter qꝺ imaginatio nō ꝑcedit ꝛc.

¶ Utrum calor in puerili etate sit maior ꝙ in iuuētute
vel equalis aut minor. Questio.xvij.

S Ecundo querit descendēdo particulariter
ad etates. An calor in puerili etate sit ma-
ior q̄ꝫ in iuuentute vel equalis seu minor.
¶ In hoc quesito iam fuerunt multe opi-
niones:quarū quelibet conat saluare Gal.
ꝛ quasi in hoc fuerūt tot opiniones quot aū cesserūt do
ctores:q̄o ad pn̄s nō disputabim⁹:qꝛ ꝯueniētiores ob-
seruare iustū est. Promisim⁹ aūt abbreuiare hoc op⁹:et
qꝛ satis in ꝑpatulo a quāpluribus successiue vnaqueqꝫ
opio aīo pertractat ꝛ in suo errore constringit.ꝑpterea
ergo pertractabimus opionē quā credim⁹ ꝟe fuisse Ga.
cōtra quā aliqd extimamus. Quā opioneꝫ verius inue-
nimus intellectā ab illo excellēti ꝛ famoso doctore Gē-
tili de fulgineo in longitudine superfluaꝫ tediosa. Et lꝫ
ipse fm veritatem totam subām sue opinionis sumpse-
rit a tadeo in glosis super afforis. Qui crescūt plurimuꝫ
habent innatum ꝛc. Et lꝫ tadeus breuissime valde illud
exprimat. Similiter etiā eadem ꝑcise fuit opinio illius
Bartholomei de varignana in glosis recollectis sub eo
2°.libro de complexionibus.

Gentilis de fulgineo.

¶ Que opio directe cōsistit in talib⁹ ꝯ° nib⁹ q̄rū:Pria.
ꝙ calor in puero ꝛ iuuene est equalis in radice.i.est pū-
ctualiter equalis intēsiue:ita ꝙ sumēdo calorē vtriusqꝫ
q̄tū ad intensionē gradualē ꝑcise idem gradus caloris
est vtriusqꝫ:quēamoduꝫ dicim⁹ ꝙ scintilla ignis intēsi-
ue loq̄ndo de gradu caloris tn̄ hꝫ de calore.vel pōt hr̄e
q̄ꝫtū vna magna q̄ꝫtitas ignis:ꝛ hoc ē qꝺ Auic.directe
intellexit per calorē esse eq̄lē in radice in puero ꝛ iuue-
ne. ¶ Attende tn̄ ꝙ ad veritatē h⁹ ꝯ° nis oꝫ ꝑsuppōere
regulā Gal.2° de cōplexionib⁹ ꝙ cū aliq̄ ꝯparant ad in
uicem debent cetera alia esse paria ꝑter illud in quo fit
cōparatio. Un̄ debes ꝯparare pueꝝ colericū iuueni co-
lerico ꝛ ieiunū ieiuno:ꝛ sic de alijs circūstātijs. Qꝺ aūt
hoc qꝺ dcm̄ exp̄sse velit Ga.appet per eū 2° de comple-
xionibus ꝛ maxime ibi cū dicit Meā aūt experientiam
ꝛ iudiciuꝫ narro tibi. Dico ergo ꝙ tetigi multa corpora

Conclusiones.

⁊ studiose nō puerorū lsantiū tñ ⁊c. Hoc ēt expsse tāgit magis infra. Et ego sm hanc viā m͞ltotiēs sum expertus multos holum quorū quidē sunt. ⁊c. ⁊ ibi extense lege ab eo. ¶ Probat autē hec ꝯ° per rōnem Auic. p° p°. ca°. de etatib°. nā si calor qui est in puero veniēs ad iuuentutē nō est extinctus seu diminutus nec est auct° seu augmētatus manifestū ꝙ in vtrisq; mēsura caloris seu gradus caloris est equalis: sed sic est ꝙ pbat Auic. p° ꝙ predictus calor nō sit diminut°. nam calori eorū nō accidit res diminuēs: qꝛ pcedūt in crescendo: si eñ calor diminueref: nedū ꝙ nō crescerēt: imme retrocederent vt senes: sed puer crescendo pcedit: nō eñ puer adhuc stetit. Scdo pbat aliā ptē. s. ꝙ pdictus calor non sit auct°. qꝛ ei nulla res aduenit eū adaugēs: ⁊ hoc relinqt notū. ⁊ hoc iō: qꝛ talis res aut cēt itrinseca aut extrinseca. nō intrinseca: cum idē nō moueat seipm ad gradū forme. nec extrinseca: qꝛ tales res sunt poti° calorē extinguentes nostrū ꝙ augentes. ⁊ loqmur de calo nāli: vt pꝫ psaro ca°. ⁊ fen. 3ª. silr ēt res pdicte ponunf in vtrisq; ec q̄ꝫ leaper regulā supi° positā. ¶ Et cōfirmaf ꝙ pdict° calor nō sit additus tēpori iuuētutis: qꝛ tūc oporteret illū calorē deperdi tpe senectutis: ⁊ cū nō depderef subito: sed paulatim cēt dare aliqñ tpe senectutis vñ de gradu caloris punctualr q̄ntum tpe pueritie: qḋ expsse putaref absurdū. ¶ Et circa hāc ꝯ°nē attende ꝙ Ga. vult ꝙ aut calor in puero ⁊ iuuene pcise sit equalis aut si est ibi aliqua inequalitas est: qꝛ puer parūper calidior est iuuene. ⁊ hoc dicit adinuenisse per sensum tactus. vñ ibi Ga. inquit. Ego scio ꝙ ipse inuenies calorē pueri aut equalē in po° calori iuuenis. Aut maiorē eo parū. imaginaf. n. Gal. ꝙ ex resolutione cōtinua ⁊ ex cōtinuo cursu rerum extrinsecarū extinguentiū calorē nālē aliqualis occulta fiet remissio caloris tēpore iuuentutis.

¶ Scda ꝯclusio. de mēte Gal. est directe ꝙ calor puerorum est maioris quātitatis ⁊ minoris qualitatis. i. acuitatis. ⁊ inde est calor magis mitis ⁊ gratus tactui ⁊ hoc intelligit ēt Auicē. cum dicit. ꝙ est minoris q̄ntitatis nō gradualiter: sed vt dictum.

¶ Tertia ꝯclusio est. ꝙ calor iuuenis est minoris q̄ntitatis ꝙ calor pueri: sed est maioris acuitatis. ⁊ hoc voluit Auic. dicere cū dixit. ꝙ est minoris q̄ntitatis ⁊ maioris qualitatis nō quidē in gradu: sed qꝛ acutior: qꝛ pdictus calor est in subo sicciori: ⁊ iste due ꝯ°nes fuerūt expresse Ga. loco pallegato: ⁊ in Cōmēto asso. Qui crescunt ⁊c. Ad cuius declarationē pscīedū: sicut vult Gal. ꝙ calor sumif dupsr. Uno mō p ipsa q̄litate caloris. Alio mō p ipso corpore affecto q̄litate pdicta qḋ calm corp° appellatur: pmo mō sumēdo calorē nō dicif maior vel minor nisi rōne sue gradualis intensionis. lꝫ eñ magnitudinis ⁊ paruitatis nomē abusiue assumat: cū pprie q̄ntitati conueniat nō q̄litati ⁊ q̄d de hoc in puero ⁊ iuuene iaꝫ predictū i pma ꝯ°ne. Si aūt calor sumaf p corpore calido affecto: tūc magnitudo ⁊ paruitas in calore nō est nisi p cōparationē ad magnitudinē ⁊ paruitatē sui subti: qꝛ in maiori subo est maior calor ⁊ in minori est minor cū accidens ad extensionē subti extendaf. ¶ Sed attendendum ꝙ aliq̄d pōt dici calidi° vel maioris caloris altero rōne subi dupsr. vel rōne subi simplicis. vl rōne subi cōmixti. Exēplū pmi. vt si sint duo vasa plena aqua equaliter calida in gradu caloris: vnū tñ vas sit maius altero: in maiori vase erit caliditas maior rōne subi ꝯmixti. Cōmixti aūt rōne pōt esse calor maior vel minor dupl'r. Uno mō rōne subi ppri. Alio modo rōne subi cōis seu magis extranei. Exēplū pmi. si sint duo vasa plena aq̄ ⁊ vino equalia: tñ ineq̄liter sint ex vino cōmixta: vt in vno sit vna libra vini: ⁊ in alio solū media libra. Istud enim diceref plus hre de calore in quo est plus de vino. ⁊ hoc qꝛ maiorē q̄ntitatē subi ppri cōtinet. ⁊ sic etiam cēt exēplum si essent duo vasa ineq̄lia plena aq̄ ⁊ vino: ⁊ in minori vase esset plus de vino ꝙ in maiori: tunc in minori diceremus plus eē de calore rōne ppri subi. Exēpluꝫ scdi est. vt si sint duo vasa in q̄bus hec equalr sint ꝯmixta: tñ vnū sit maius altero: vel sint duo vasa: quorū vnū hēat tñ de vino cuꝫ aqua mixto q̄ntum aliud: vt quia in vnoquoq; sit vna libra. vini. vnū aūt vas sit altero maius: tunc dicemus ꝙ illud qḋ est mai° hēbit plus de calore rōne subi caloris nō rōne subi ppri cū hēant eq̄liter de vino: sed rōne subi cōis seu extranei. ⁊ hoc qꝛ licꝫ vtrisq; vas hēat solum vnā librā vini: in vno tñ illud vinum est cum ampliori aqua extensum ꝙ in alio vt de se notū: ⁊ ista est distinctio quā pūctualr Gal ponit in ꝯmē. asso. pallegati. Ex qua pdicte due ꝯ°nes declaranf. naꝫ Ga. vult ꝙ pprīū subm inatū ipsi° nālis caloris ē hūidū aereū ⁊ aquosuꝫ: ⁊ cui° directe q̄ntitas est mitis ⁊ grata ⁊ suauis. In subo aūt sicco caliditas reddif acuta mordax ad tactū: quēadmodū in iuuenib° vt calor eorū cōparef calori puerorū: quēadmodū calor febricitātis cōparaf calori corporis sani. Puer ḡ plus hꝫ de calore innato ꝙ iuuenis in q̄nto: quia plus de q̄ntitate subi ppri innati caloris re° tuc mollis qḋ est hūidū aqueū ⁊ aereū quē hēbat iuuenis qḋ manifeste declaraf° mollities: ⁊ ēt ppinq̄tas pncipiis gnōnis q̄ sunt corpa cal'a ⁊ hūida: vt ē sperma ⁊ sanguis mēstru°. In iuuene aūt hūiditas minoris gradus ⁊ minoris q̄ntitatis saltē per ꝯpatiōem ad suā molē. vñ est in eo min° de q̄ntitate subi ppri innati caloris: lꝫ n. hūidū iuuenis sit extēsius: cū sicco in maioribus dimēsiōib° in puero aūt min° suū hūidū sit extēsum q̄ntū tñ ad pprīā q̄ntitatē ipsius hūidi aquei ⁊ aerei maior q̄ntitas eius saltē est in pueris respectu sue mollis ꝙ in iuuene. Uñ ex hoc caliditas pueri dr maior in quāto in puero ꝙ in iuuene in cōparatiōe ad q̄ntitatē pprīā ppri subi: lꝫ i cōparatiōe ad q̄ntitatē subi ꝯmixti ex hūido ⁊ sicco: vel in cōparatiōe ad q̄ntitatē quodāmō extranei pmixti cū hūido. Qḋ fuit p aduentū hūidi nutrimētalis caliditas sit magis extensa in iuuene ꝙ in puero vt directe iuuenis ⁊ puer similenf duob° vasis ex aq̄ ⁊ vino plenis ineq̄lib° in q̄ntitate: in vase tñ minori sit plus de vino. in maiori aūt sit minus: illud tñ min° de vino ē amplius extensum cum maiori q̄ntitate aque in maiori vase ꝙ illud plus de vino in minori vase cū minori q̄ntitate aque. Uñ in hoc viuū in q̄ntitate pprīa est amplius: in maiori aūt q̄ntitate extranea vt sic loq̄r. Et appet ex hoc q̄ño ex his distinctis Ga. multū est proposito vtilis.

¶ Ex q̄bus ēt clare pꝫ q̄ño caliditas pueri est minoris q̄litatis. i. acuitatis ꝙ caliditas iuuenis: qꝛ cum est in subto sicciori est maioris q̄litatis i. acuitatis: ⁊ ista expsse voluit Ga. in cōmē. asso. qñ ostendit q̄ño iuuenis ⁊ puer in cito calo ⁊ sicco diuersificanf. Sed si ea ꝯsideres sꝫ clementiā q̄ntū dices in vtrisq; equalē esse calorē: sicut pdiximus. credim° absq; dubio hāc fuisse mentē ⁊ opinionē Ga. ⁊ Auic. ⁊ multorū aliorū tam auctorū ꝙ doctorū sequentium eos. Licꝫ tñ audacie magne sit ꝯdicere sniē tātivi ri put fuit Ga. qꝛ tñ valde vile est in his speculationib° captiuare multū: ⁊ ois ꝯdicens in pmis cum est sup veritatem est excusatus. Ideirco ponemus in hoc sniaꝫ quā magis credim° esse verā. nec intēdim° mō multū discutere de q̄ntitate caloris: qꝛ sm modū illū accipēdi q̄ntitatem caloris ex q̄ntitate subi ppri ⁊c. sm quē modū dictū est Ga. intellexe. Utrū sit ppri° modus intelligendi nec ne: non multū curam° ad pñs. Si. n. bñ cōsideras modū loquēdi mītū est ipropius extraneus. Extendem° eñ nunc plus smōꝫ de maioritate caloris intēsiue seu gradualr vtriusq;: in quo cōsistit tota difficultas h° q̄stī.

¶ Dicim° ḡ in hoc 2ªˢ ꝯ°nes: quarū vna est nota ⁊ dictis pcedētib° ꝯsona. Et est. ꝙ puer hꝫ plus de q̄ntitate subi innati caloris: ⁊ iuuenis minus. ⁊ h quia plus hꝫ puer de humido cōtracto ex pncipiis gnātionis: ⁊ hoc clarū est. tale aūt est ppriuꝫ ⁊ pncipalissimū subm caloris innati ⁊ nālis iuuenis aūt de pdicto min° hꝫ cum in eo ampliori tēpore sue. it resolutum: ⁊ ideo puer hꝫ humiduꝫ magis consonuꝫ perdurationi vite: qḋ patebit expsse cum queremus de restauratione hūidi radicalis per nutrimentale. Qḋ aūt humidū sit meli° p operationib° apparebit ⁊ ibi ⁊ i aliis quesitis ⁊ hoc expsse voluit Hyp. cum dixit. Qui crescūt. ⁊ pro certo totus sermo Gal vertitur ad hanc sententiam. nec aliud in his verbis vult dicere: ⁊ ea sic extense recitauimus: vt bene eius intentio enucleetur.

¶ Secunda ꝯclusio est. quā nō temerarie: sed assertiue credimus esse veram. ꝙ in iuuene saltem in aliqua parte iuuentutis pper illud qḋ postea dicef calor est maior intēsiue seu gradualiter q̄ꝫ in puero: ⁊ hoc supposita regula Gal. superius. In his que adinuicē cōparantur ex qua put apparebit manifeste sequef ꝙ sumēdo pueritiam pro toto tēpore a pncipio generatiōis vsq; ad pncipium iuuētutis: ꝙ in hac etate in tēpore pcedēte vel

Experientie.

Calor pueri.

Conclusiones..

fus iuuentutē calor erit maior intēsiue ꝙ in tpe antece dente. Hec ꝯ⁹ declarat̃. ⁊ pmo per modū per quē Gal. declarat suā. s. p sensum tactus: nō eñ videt̃ dubiū ꝙ si aliq̄s q̄ non audiuerit sermonē Gal. vt ex eius autorita te inclinaret̃ ad illud qḋ dicit credendū: tangat corpus iuuenis ⁊ tangat corpus pueri ꝙ ipse diiudicabit calo rem iuuenis esse magis intensum calore pueri. ⁊ hoc q̄ꝛ inueniet p̄dictū calorē esse magis mordacē contristan tem tactū ⁊ magis acutū q̄ sunt effectus caloris intēsio ris respectu minus intensi: immo videbit̃ sibi: vt etiā di cit Ga. in cōmē. p̄dicto: ꝙ calor iuuenis sit respectu ca loris pueri: queādmodū est calor febricitantis respectu caloris corpis sani: ⁊ manifestū est ꝙ p̄dicti calores sūt multū ineq̄les in eoꝝ intēsione. Et si Gal. dicat ꝙ mor dacitas ⁊ alia que vident̃ ex calore iuuenis appere nō sunt ex intēsione graduali maiori. Sed ex hoc ꝙ predi ctus calor est in subiecto sicciori ⁊ ab eodē gradu calo ris p̄ci⁹ in diuersis: quoꝝ vnū sit siccius ⁊ aliud humi dius. possunt p̄dicti tales effectus diuersi ꝓuenire. ⁊ p certo hoc est in ꝓposito satis dictū voluntariū: ⁊ ad pla citum: cū eñ p̄dicti effectus possint ꝓuenire ex diuersi tate subiecti: ⁊ etiā ex intēsione caloris: non lꝫ conclude re nisi aliud appeat ꝙ hoc sit ex diuersitate solū subie ctorū ⁊ nō ex intēsione caloris. Et lꝫ corpus iuuenis sit magis siccū. cū hoc tñ optime stat ꝙ calor possit esse in eo augmētatus ⁊ factus magis intēsus. Oportebit er go in hoc stare rōni ꝓbanti nec ex sensu: vt apparet hꝫ Gal. plus aliud qḋ vult ꝙ tenēs qḋ modo tenemus. sed verisimili⁹ econtra. ⁊ hec oīa dicim⁹: q̄ꝛ Gal. vult ꝙ ma xima regula ad cognoscendū hec oīa est sensus tact⁹ et mirabile est valde de tact⁹ excellētia quā sibi iponit: cū dicit se fuisse expertū hoc in tangēdo vnū ⁊ eundem in pueritia ⁊ in iuuētute: cū tñ estimandū sit ꝙ in positiōe Gal. in tam longo tpe multa ceciderit diuersitas cum etiā possibile sit punctualiter memoriā in tā longo tpe nō obseruasse. ¶ Predicta aūt ɔc̄lo ꝓbat̃: seu persuade tur. Et lꝫ hic demōstratio fieri nō possit tñ nobis appet ꝙ hec pars v̄isimilius inducat̃. In hac eñ materia non visus est Gal. rōnem inducere nisi per solā experientiā tactualē cōfirmare qḋ voluit: ⁊ pmo adduco rōnē anti quoꝝ que in ꝓposito satis est apparens. nam in illis est calor intensior in quib⁹ abūdat plus humor colericus ⁊ in quib⁹ p̄dictus humor est magis calidus ⁊ in q̄b⁹ abū dāt sanguis calidior: ⁊ per cōseq̄ns spūs sūt calidiores. sed oīs ista sunt i iuuenib⁹ respectu pueroꝝ. ergo. maior est nota. q̄ꝛ caliditas actualis in corpore maxime consi stit ex caliditate sanguinis ⁊ spūs colera est humor cali dior qui in corpore sit: vt Gal. in lib. de malitia ɔplonis diuerse. ꝓbat̃ minor. nā ꝙ colera sit multo amplior in iuuene ꝙ in puero: vult Ga. in lib. de regimie sanitatis. Silr etiā egritudines iuuenū: vt plurimū sunt colerice respectu pueroꝝ: s̄ꝫ pueroꝝ flāticę. Qḋ autē colera sit ca lidior in eis ⁊ sanguis pmo appet ꝑ tactū si sanguis ex trahatur de vena vtriusq̄. 2⁹ q̄ꝛ egritudines que fiūt ab humorib⁹ iuuenū sunt multo plus acute ⁊ intēsiue ⁊ sūt multo plus causonizātes ꝙ in pueris ɔtingat. Ista aūt arguūt materias p̄dictas in iuuenib⁹ esse multo maio ris gradus. ¶ Sed statim hic dices vt dicit Gent. ꝙ lꝫ colera: ⁊ silr sanguis sit amplioris q̄ntitatis ꝙ in pueris. Illa tñ colera ⁊ ille sanguis nō est intēsioris caliditatis ⁊ p̄dicta accñtia que in eis apparēt plusq̄ꝫ in pueris est: ꝓpter illa esse acutioris caliditatis ꝓpter eoꝝ calidita tem fundari in subō sicciori: vt dictū est: ⁊ nō q̄ꝛ habeat caliditatē intensiorem in gradu. ¶ Hec solo sustentari nō pōt pmo. q̄ꝛ hoc modo de q̄cūq̄ corpe calidiori alio ⁊ sicciori posset similr dici ꝙ oīa accidētia que apparēt in eo maioris caliditatis nō essent ꝓpter intensionē: s̄ꝫ ꝓpter calidū illud esse acutius ex hoc ꝙ est in subiecto magis sicco. ⁊ sic per nullū signū posset ꝓbari si perpen dis ꝙ corpus colericū esset maioris caloris intēsiue ꝙ corpus sanguineū: q̄ꝛ oīa possunt reduci ad hoc ꝙ in ali quo calor est acutior: s̄ꝫ nō intensior vt possit ex his vna rō talis formari ad ꝓbandū p̄missā ɔ⁹ neā. in eo corpo re calor dicit̃ maior intēsiue ꝙ in alio qḋ q̄si in oīb⁹ suis signis hꝫ se respectu illius queādmodū corpus colericū respectu corpis sanguinei vel flātici: sed sic est de corpo re iuuenis respectu pueri. ergo ⁊c. maior est clara: q̄ꝛ ia aliter nō posset ꝓbari colericū esse calidi⁹ itensiue illis.

Probatõ cõclonis opponit̃ ɔclusioni galeni.

⁊ minor ꝓbat̃. pmo vt dictū est. ex tactu. 2⁹ ex pulsis ⁊ ex oībus cōditionib⁹ in eis existētib⁹ ex quib⁹ maior cali ditas vel minor arg̃. silr ex corporis colore: ⁊ ex opōni bus tam alalib⁹ ꝙ nālibus. Et silr ex extrinsecis alterā tibus ⁊ aliis vlr ex quib⁹ licitū est arguere caliditatem maiorē vel minorē in corpe: inueniet̃ subtiliter ꝑscrutā do ꝙ cōparatio iuuenis ad pueꝝ erit: queādmodū cole rici ad flegmaticū vel ad sanguineū in quib⁹ longū eēt discutere. ¶ 2⁹ p̄dicta solutio nō euacuat difficultatē: q̄ꝛ q̄si cōcesso eo qḋ dicūt adhuc stat ratio: q̄ꝛ opꝫ neces sario cōcedere ꝙ colera in iuuene per cōparationē ad molem iuuenis est amplior ꝙ colera in puero: q̄ꝛ si hoc modo nō esset amplior: iam iuuenis esset ita flegmatic⁹ sicut puer: qḋ est ɔtra Ga. loco p̄allegato. Queādmodū eñ duo corpora eque flegmatica quoꝝ vnum sit maius reliquo nulli dubiū ꝙ in corpe maiori est maior q̄ntitas colere: ⁊ nihilomin⁹ nō est magis colericū: q̄ꝛ q̄ntitas co lere: lꝫ absolute sit maior in vno ꝙ in alio: nō tñ est ma ior per cōparationē ad molē p̄dicti corporis ⁊ ad q̄nti tatem alioꝝ humoꝝ vt flegmatis ⁊ alioꝝ exñtiū in eo: sed nō sic est in iuuene respectu pueri: imo in eo est plus de colera in cōparatiōe ad suam molē ⁊ ad suū flegma ꝙ in puero. Unde ꝓpter hoc q̄ꝛ in eo vt plurimū fiunt egritudines colerice ⁊ in puero flegmatice. Ga. pmo de regimine laudauit vinū in iuuenib⁹: q̄ꝛ est eductiuū su perfluitatū colericarū. hoc aūt in pueris nō expedit cū in eis nō multiplicent̃. sic ergo oportebit ꝙ si colera va dat mixta cū sanguine per venas: distincta tñ ab ea s̄m essentiā: vt videt̃ esse opinio medicorum ꝙ in iuuene sit maior q̄ntitas: vel si solū sanguis nutrit: vt vult phs opor tebit ꝙ sanguis iuuenis habeat in se plures partes san guinis colericas ꝙ sanguis pueri. Tunc arguo ⁊ suppo no vnum qḋ cōiter conceditur ꝙ quātitas augeat gradus qualitatis. s. in effectu. Ex quo statim sequit̃ ꝙ q̄ntūcūq̄ colera in iuuene nō esset gradus intensioris caloris: q̄ꝛ tamē est amplioris q̄ntitatis in iuuene: ⁊ hoc per ɔpara tionem ad molem iuuenis: vt dictū est: ꝙ in puero opꝫ necessario ex illo maiorē ⁊ intensiorē calorē graduali ter gigni in mēbris iuuenis ꝙ in puero. Nō eniꝫ dubiū ꝙ corpus qḋ in se haberet duas libras colere tante cole ricitatis aliis partibus reddet̃ in suis membris intensi ue calidius ꝙ illud qḋ haberet in se solum vnam librā p̄dicte colere precise eiusdem gradus caloris: ⁊ sicut ar guitur de colera: ita posset fieri de sanguine magis cole rico ⁊ magis flegmatico: ⁊ nihil ad rumbū si diceretur nō est actu calida: sed potētia: vt de se patet. ¶ Et cōfir matur supraposita cōclusio: ⁊ fundat̃ hoc mediū soper sam dicta si perpendis. Suppono dictū Auicen. fen 2ª. pmo can. c. de eis q̄ ꝓueniunt ex retētiōe ⁊ euacuatiōe. vbi dicit ꝙ euacuatio humoris frigidi est cā augmenti caloris in corpe. sed ꝓcedēte corpe v̄sus iuuentutē dimi nuitur multitudo flegmatis in corpe: imo vltra hoc au getur in eo colera: vt dictū est. q̄ꝛ tunc calor auget̃ ⁊ in tenditur. ¶ Et cōfirmat̃. nā sic videt̃ de calore existēte in corpe alalis: sicut de calore accēso in aliis subiectis: cū calor in alalib⁹ sit actualis vt in illis. In his enim in ferioribus nō est actualem calorem inuenire nisi in sub iecto habente humiditatē pinguē in qua p̄dictus calor accendit̃: ⁊ ex qua ɔtinue restaurat̃: vt finalr per cōsum ptionē p̄dicte humiditatis a calido resoluēte: ipse etiā calor per accidēs seipsum corrūpit ⁊ infrigidatur: non hñs ex quo amplius se restauret. vnde per hunc modum in corpore nostro nālis calor conseruat̃ ⁊ finalr decidit. ergo sic videt̃ de ipso. sicut de calore alibi accēso: s̄ꝫ nos videmus ad sensū ꝙ calor accēsus in lignis vel in sepo ⁊ sic in aliis quāto plus dñatur mā e ⁊ plus de hūiditate obtūdente calorē maxime vbi est sufflua hūiditas cō sumit vsq̄ ad aliquē terminū in quo remanet hūiditas adhuc tanta: ꝙ pōt calorē cōseruare: tāto plus p̄dictus calor itendit̃ ⁊ auget̃ in gradu: vt clarū est: ergo silr erit in corpore nostro ꝙ calore ɔsumēte hūiditatē supfluā pueritie obtūdentē eum augmentabit̃ ⁊ intēdet̃: ⁊ per ɔñs in iuuentute erit intensior. Nec valet: si diceret̃ ꝙ in sepo vel lignis calor augmentat̃ solum in q̄ntitate: q̄ꝛ accendit̃ in plurib⁹ partib⁹ ꝙ esset: qm̄ clarum est: ꝙ ex multitudine partiū que incendunt̃ etiā in eisdem parti bus calor plus auget̃: cum enim in pncipio sepū hēat re sistentiā ⁊ ɔtrariā dispōnem calori q̄nto magis p̄dicta di

Vinuz in iuuenib⁹ optimū.

Quid causat euacuatio ꝓhõoria frigidi.

spositiōe cōtraria corrūpit tanto magis calor intendit.

Mod⁹ augmētiōis caloris in iuuene.

¶ Restat ergo dare modū scḋm quē calor hic in iuuene augetur. nam vt dictū est supra: nō videt posse augeri cū nec ab intrinseco: cū idē nō moueat seipm ad gradum forme: nec ab extrinseco: vt fuit declaratū. Ad cui⁹ dcla rationē primo ostēdo quō corpus ab intrinseco pōt augeri in calore omni extrinseca re calefaciente quocūq; remota. nam ex ieiunio corp⁹ manifeste calefit q̄tūcunq; remoueat omnis extrinseca res alterās: qḋ p₃: q₂ nedū ꝙ semp calefiat: imo sepe sepius incurrit ex eo febre₃. g̃ ab intrinseco pōt in nobis calor augeri q̄tūcunq; nō augeatur ab extra. ¶ Et cōfirmat. ignis nō euentat⁹ igni tur: imo in tantū ꝙ extinguit: vt alibi fuit declaratū a nobis: ⁊ l₃ in hoc sit etiā alia causa. ergo ab intrinseco calor pōt in re augeri. vnde euentatiōe caloris in corde et arterijs calor auget: vt de se notū. ergo nō est icōueniēs ꝙ ab intra calor augeat in re ⁊ in subo in quo ē.

Modus primus.

¶ Modus aūt scḋm quē₃ hoc pōt fieri in nostro corpore pōt esse multiplex vt versus iuuentutē augeat calor. pmo scḋm tenentes ꝙ corpus nostrum sit cōstitutū ex calido nāli et humido radicali que sunt duo corpora quoꝝ qḋlib₃ est cōpositū ex quatuor elemētis: ita ꝙ vnū stat alteri velut forma ⁊ pficiēs: aliud velut mā que fuit opinio Dini ⁊ Antonij: cū enim calidū naturale sit cōtinue agēs in humidū radicale ⁊ continue ab eo remouebit dispositiones ꝯtrarias calori tanto plus intēdit in eo calorē: ⁊ ex hoc etiā ipsū plus infrigidabit ēt ab ipso humido vnde ꝓpter dispōnem passi intendit aliquādo gradus forme in passo plusq̄ sit in agente. Predictū etiā calorē intendi prohibebat ipsa resistentia que erat in humido passiuo: ex hoc aūt corpus reddet calidius.

Modus secūdus.

¶ Ali⁹ modus est. nam spūs in corpore nostro est res vehementer calida que cōtinue agit in membra nostra. ergo cum ab eis plus remoueat dispositiōes cōtrarias calori vt humiditatem superfluam obtundentē calorē plus calefacit ea ⁊ in eis caliditatē intendit quousq; calefactio nō perueniat ad tantā cōsumptionē humidi ꝙ calor possit cōseruari: quia post illū terminū apud plurimos calor remittitur. Unde aūt vt cor magis calidum generet spiritum calidiorē qui postea magis calefacit: ⁊ sic auget calor a pueritia ad iuuentutē: cuius etiā simile potuisset dici in antecedētū modo assignato cum calidū naturale restauret ⁊ deperdat.

Tertius modus.

¶ Alius etiā modus est. nā l₃ quātitas in subiecto simplici nō alterato non agat in subm ꝓprium: ⁊ hoc q₂ nō est ibi dispositio cōtraria: ⁊ ē in eo intensa q̄tū nūliter debet esse. vnde subiectū est aptum natū sub ea quiescere: quēadmodum ⁊ terra est in centro: ita caliditas in igne in sūmo: nihilominus tñ quātitas in subiecto cōmixto ex elemētis: ⁊ hoc quocūq; sit ex illis cōpositum pōt agere in subiecto in quo est cum scḋm plurimos quodlibet mixtū sit corruptibile ab intrinseco. vt pōt haberi ex 4° methauroꝝ. quēadmodū etiam ab intra videt ꝙ in elemento simplici possit fieri inductio noue qualitatis: ⁊ hoc siue fiat a qualitate que in eo remansit: siue a forma substātiali: seu quocūq; nō curo: quēadmodū aqua calida a se videt ad frigiditatem reuerti: nō enim est aqua apta quiescere sub caliditate: sed moueri ad suam nālem frigiditatē: quēadmodū cum graue sursum est aptum a seipso ⁊ ad intrinseco moueri deorsū ⁊ nō quiescere sursū: ita etiā causalitas in aliquo subiecto existēs cū nō euentet ⁊ refrigeratur in subiecto suo incendit ⁊ auget continue inflāmando plus humidū in quo est: cū continue in predicto subiecto sit qualitas ⁊ dispositio abijcibilis a calore ⁊ calori resistens ne cito res cōsumat: ⁊ ideo euentatio caloris temperata est ⁊ conueniens est causa vt res diutius duret: quēadmodū etiā vt dictū est: cum calor non refrigeratur cibo vt in ieiunāte auget ⁊ intendit: tunc enim nō refrenatur. vnde dispositiōes sibi cōtrarias abijciens ⁊ potens in subiecto adhuc cōseruari seipm auget ⁊ intēdit. Nā nulli dubiū ꝙ calor existēs in sepo resoluit illud humidū in quo est subiectiue. hoc aūt fieri nō posset nisi illa qualitas ageret in subiecto in quo est.

Confirmatio.

¶ Et confirmatur. quia nulli dubiū ꝙ causalitas in vna pte existēs potest agere in humidum alterius partis. ergo similiter pōt agere in humidū in quo est: cum sit illi ita approximata ⁊ ꝓsena: sicut illi ⁊ plus: ita etiā calor agendo ⁊ remouendo cōtrarias dispōnes similr̄ tēpore pueritie existentes ꝓcedēte tpe vsq; ad iuuentutē augetur ⁊ intēdit ⁊ scḋm hanc viā ꝓpositio que a pho ponit in 7° phisicoꝝ: ꝙ agens ⁊ patiēs debent esse distincta: nō est vniuersaliter vera: sed quō illud intelligat nimis esset longum illud discutere hic. ¶ Predictā aūt ꝯ°ne₃ ꝓbatā videtur sentire Gal. in aliqua ꝯ°ne. Unde. 5. de regimie sanitatis. cum dicit. corporū eucrata sī sint sicciora in scḋa etate: tamē eodē modo sunt calida in pueritia ⁊ vsq; ad statum vt fuerant infantia. Si vero fuerint frigidiora ⁊ humidiora eucratis auget his caliditas in secunda etate: ⁊ pro firmo ita videt de illis dicēdum put de illa: l₃ tadeus exponat eum quo ad mutatiōnē in operationib⁹. ¶ Eodem ergo modo ad rōnē Ge. superius factā que ꝓbat ꝙ calor nō possit esse intensior tēpore iuuentutis: q₂ cum hic nō deperdatur subdito: sed paulatim erit dure tēpus in quo senex erit equalis caloris cū puero: qḋ videt satis dissonum ab eo qḋ omnes sentiunt. ⁊ ꝓbat: quia eo tēpore quo calor qui maior est in iuuētute per te pūctualiter erit remissus vt totus ille calor sit remotus in quo iuuenis per te excedebat puerum: quod erit tempore senectutis. habeat ergo tunc senex punctualiter equalem calorem ipsi puero.

Responsiones.

¶ Hic pōt esse multiplex responsio primo scḋm viam scḋm quā dicebat supra Ga. forte fuisse imaginatū cū dicebat ꝙ calor pueri ⁊ iuuenis est eiusdē. ⁊ si est diūs est: q₂ puer excedit parū iuuenē. et hic modus est: q₂ hic calor in quo iuuenis excedit puerū deperdit totus tpe iuuentutis in parte iuuētutis versus senectutē: cum enim corpus versus finē iuuentutis incipiat exiccari supflue icipit calor diminui predictus nō tñ diminuit: vt ex hoc possimus dicere illud corpus declinare: q₂ adhuc in eo est tanta humiditas ꝙ pōt calorē cōseruare in tāto gradu cū quali genitus fuit. Cū aūt ingredit senectutē: tūc diminuit vltra gradū illū: ita ꝙ corpus continue tunc h₃ minus de calore q̄ vnq̄ ante: qua pp merito tunc illa etas vocatur declinatiua: ⁊ hoc ꝓpter multā humidi radicalis consumptionē in quo habet naturalis calor permanere ⁊ conseruari. Iō dicebat superius in ꝯ°ne posita ꝙ iuuenis saltē quātū ad aliquā partē iuuentutis est intensioris gradus ipso puero. ¶ Alius modus dicēdi ad hoc pōt esse vt hic calor diminuat solū post iuuentutē. s. tēpore senectutis et ꝙ in pncipio senectutis calor possit esse ita intensus sicut in pueritia. Sed idcirco pdicta etas declinatiua dicitur: q₂ calor ꝓpter multā cōsumptionē humidi incipit diminui ab eo qḋ fuerat tēpore iuuētutis cū adhuc tēpore pncipij senectutis calor in corpore videat satis acut⁹ ⁊ intensus. Cum aūt post pncipiū senectutis incipiet manifeste remitti ꝓpter multitudinē cōsumptiōis humidi: tūc corpus manifeste declinabit. l₃ ergo in aliqua pte senectutis diceret calor esse ita intensus in gradu: sicut in aliqua parte pueritie. nihilominus q₂ in etate senectutis corp⁹ minus h₃ de caliditate q̄ prius habebat qḋ nō sic contingit in pueritia: q₂ etiā in eo remittit calor ab eo qḋ p° erat ꝓpter consumptionē ꝓprij subiecti: qḋ in pueritia nō est: idcirco q̄tūcunq; in gradu tūc nō esset remissior: corpus declinare diceret vt de se notum. Et de his duobus modis potes tenere eum qui tibi plus placet: l₃ pmus magis cōsonet dictis auctorum de etate senectutis. ⁊ hoc est qḋ in hoc quesito nobis apparet verisimilius esse dicendū.

¶ Utrum etas iuuentutis sit magis temperata q̄ etas pueritie. Questio. xviij.

15.

Ertio q̄rit que etatum sit magis tpata. An ea que iuuenis. An ea que puerorū. ¶ Isto questium dependet ex aliq̄bus superiorib⁹ scḋm diuersas opiniōes in eis declaratas: scḋm quas sequitur diuersissima respōsio ad illud qḋ hic querit. Quapropter premittim⁹ duas distinctiones necessarias. deinde descendimus ad rñsionē eius qḋ querit.

Distinctiones.

Prima distinctio. ꝙ de tēperamēto est loqui dupliciter. vel quo ad pondus. vel quo ad iustitiā. 2ª distinctio: vel q₂ loqtur de tēperamento inter calidū ⁊ frigidū: vel iter humidū ⁊ siccū: cū dupl'r declaratū fuerit duplicē esse cōplexionē corporis. Si querat de tēperamento quo ad pondus: ⁊ hoc quātū ad tēperantiam inter calidū ⁊ frigidū. Tunc nulli dubiū ꝙ scḋm tenētes ꝙ tota humana cōplexio declinet ad calidū ⁊ humidū: qḋ apud eos qui tenēt ꝙ calor preci⁹ sit in iuuene et puero

lo. ¶ Aliud signū ꝯfirmās conclusionem est. qd licʒ di-
cat eē debile:qꝛ nō reperiꝛ medicina euacuās sanguinē
p̄mo ⁊ principaliter q̄litercūqʒ dictū nedū sanguinē:vt
quartū ⁊ simplicē:si autēʒ talis iam eēt. esset aliq̄ medi
cina eius principaliter eductiua:sicut cuiusli bʒ aliorū
triū:nō fuit autē necessariū in nā eē que hoc mixtū pur-
get:nam cū superflueret pōt cōmodius educi apertiōe
vene:qꝛ nā nō dedit nobis taliū aliquā. ¶ Aliud signū
est. ⁊ dicit hoc eē certissimū signū:qꝛ nulla est febris de
putredie sanguinis:sicut q̄rti ⁊ simplicis. Inuenireꝛ āt
si talis q̄rta subā eēt:sicut dicit de alijs humorib° inue-
niꝛ. Qd āt nō reperiaꝛ pʒ:nā si eēt ex eo aliq̄ ꝯtinua opor-
teret eē aliquā interpolatā· nā sicut hūores alij extra ve-
nas putridi interpolatas pariunt febres. Siľr hec q̄rta
subā dʒ interpolatā gignere:⁊ licʒ etiā extra venas eēt
alijs mixt°:qꝛ sicut intra venas:cū alijs mixta generat
febrē sanguineā:ita extra venas ꝙ aūt non faciat inter
polataʒ appet per oēs auctores qd maxie affirmat Ga.
in libro de differētijs febriū. ¶ Adhuc si aliq̄ febris de
putredine eēt apta fieri ab illo:tunc periodicaret ꝓo-
do diuerso ab illis tribus:cuʒ possit in hoc humore esse
vnus precipuus locus putredinis:ad quē sicut ad mine
ram putredinis reumatizans humor faciat reuolutio-
nem putredinis:⁊ maxime cū cōcedanꝛ appropriata fie
ri de hac quarta subā: in q̄bus hic humor filligatus est
vni mēbro:⁊ sic cum putredo nō sit cōmunis omnibus
venis ⁊ arterijs:⁊ maxime magnis:nō oportebit tunc
febrem ex illa q̄rta substantia esse:sicut vnū paroxismū.
¶ Ista opinio est dissona oībus autorībus medicine:
est etiā ꝯ mentē Auer. ⁊ Aristo. qd pʒ vbicūqʒ de p̄di-
cta loquunꝛ materia nolantes humores quatuor: et sic

De sanguine.

loquētes de sanguine tanq̄ꝫ de simplici quarta substā-
tia distincta sicut de alijs. Et persuadeꝛ ꝯtrariū dicte opi
nionis:lʒ bn̄ demonstrari nō possit:sicut etiā nec p̄dicta
positio nisi q̄busdā leuib° signis firmari. p̄mo sic. si san
guis nō esset quarta substātia ab illis trib° humoribus
distincta seq̄reꝛ ꝙ flegma p cōuersionē eius ad sangui-
nem nō posset nutrire. hoc est ꝯ illud qd ab oībus cōce-
diꝛ. ꝓbatur cōsequentia:qꝛ si in massa sanguinea:nō est
cōmixtio nisi triū substantiaꝝ:tunc manifestum ꝙ fleg
ma non pōt in illos tres conuerti:qꝛ tunc ſm partē con
uerteretur in seip̄m:cum ip̄m ponaꝛ vna illarū triū substā
tiarum. Et est hec rō que fit etiā ad ꝓbandum ꝙ solus
sanguis nutriat:⁊ nō q̄ꝫtuor humores ¶ Et tūc iacet hic
dubium vnū. an cū flegma conuertiꝛ in sanguinē sic qd

in predicta cõuersione nõ cõuertat aliqd eius ad coleram ⁊ melancoliã ſm aliquas suas partes tanq̃ in supfluitates ipsius sanguinis puri cum ↄuertat in sanguinē ⁊ supfluitates. Sed de hoc aliqd inqretur vlterius. ¶ Nec valet si dicat rõni supius adducte φ flegma conuertitur in colerã ⁊ meliam: ⁊ pars sua remanēs flegma cũ aliis cõmixta constituit illud qd sanguis appellatur mēbra nutriēs.

Inquisitiones.

¶ Primo qȝ tūc flegma per conuersionem nõ erit aptum nutrire: immo illud qd nutrit erit ita flegma: vt nõ cõuersū nec alteratū: sicut flegma cõuersū ⁊ alteratū. ¶ Secūdo qȝ sic se videt habere flegma in cõparatiõe ad sanguinē: ⁊ in su cõuersiõe: sicut se hȝ chylus in sua ↄuersiõe ad formã hūoralē: ⁊ licȝ predicte ↄuersiões differāt ſm plus ⁊ min⁹: ſȝ in ↄuersione chyli tot⁹ chylus ↄuertit tã in hūores q̃ in supfluitates. ergo similr flegma cũ sit res diminute decocta in ↄuersiõe ad sanguinē totũ ↄuertet tã ad sanguinē q̃ ad superfluitates: ⁊ p ↄñs aut sanguis erit q̃rta substantia ⁊ nõ mixtio triũ ⁊c. Aut illud qd fiet ex flegmate nõ erit aptũ nutrire: cũ ibi nõ sit mixtio actualis flegmatis. ¶ Tertio qȝ cum res conuertitur propter sui difformitatem in suis partibus ad aliquã rem subtilem rarã aereã ⁊ calidã et in aliquã feculentam ⁊ grossam ⁊ terrestrem ⁊ frigidã nõ videt absolui: quin ibi sint partes medio modo se habētes inter illas ⁊ ille erunt ex sui natura apte ↄuerti in rem tenētem mediũ: ⁊ hec erit taȝ in cõuersiõe chyli ad humoralem formã q̃ in cõuersiõe flegmatis ad massaȝ sanguineã: ⁊ aliud affirmare eēt dictũ pure ad placitũ.

Argumenta.

¶ Amplius cõtra predictaȝ opinionē arguit. qȝ si sic foret: tūc flegma qd inuenit separatũ a sanguine eēt supfluitas: sic est colera ⁊ melia: ⁊ hoc habet ex suis dictis: sed ħ est falsuȝ: cũ nã nullũ receptaculũ ꝓpriũ flegmati fecerit: sicut supfluitatib⁹ fecit. ¶ Scdo. qȝ illd qd ē superfluitas nõ est aptũ ↄuerti in benignũ: ⁊ illd cui⁹ est supfluitas saltē imēt seu vnica trãsmutatiõe: hoc ãt cõpetit flegmati cũ sit sanguis diminute decoct⁹. ¶ Ampli⁹ supfluitas: ⁊ illd cui⁹ ē supfluitas ꝓdictar loquor ꝺ supfluitate in q̃li ⁊ nõ solũ in quãto: differūt adinuicem spē. ergo colera ⁊ flegma ⁊ melia q̃ sunt supfluitates differūt spē a massa q̃ est in venis. ergo ꝓdicta massa nõ est sola cõmixtio triũ predictaꝝ substãtiaꝝ: ſȝ qd aliud 4^m est ibi a predictis spē differēs: qd est illd qd sanguinem appellamus. ¶ Amplius nullũ aial ⁊ maxie corp⁹ nrm nutritur ex re aliqua amara: vt em̃ ipse dicit non videmus φ gustui nostro vnquam placeat res amara: immo nec etiam vbi est eius mixtura: sed sic oportet ↄcedere si nõ ponat talis q̃rta subã cũ cois in ꝓdicta mixtura sit eque ꝓncipalis: vt alij. imo sepe sepius plus ⁊ sic quedã impugnatio quã ipse facit contra medicos per amplius reuertit cõtra eum. Dicit enim φ si talis quarta subſtãtia iam nã defecasset oino ab aliis: qȝ cõmixtio eius ad amaꝝ ⁊ acetosum debet ipsuȝ facere horribileȝ nature: nos enim videmus φ gustui nostro nūq̃ placet hec mixtura dum sani sumus. Ista sunt ꝟba eius: ⁊ tamē ipse vult φ illud qd nos nutrit nõ sit aliud q̃ mixtura predicta: in qua quelibȝ predictaꝝ substãtiaꝝ. s. taȝ amara q̃ acetosa q̃ insipida ꝓncipaliter ingrediatur: cum tamē medici ponãt has ꝓncipaliter nõ ingredi nutrimētum. ꝓbs aũt eas nullaten⁹ nutrimēto appropriat. ¶ Amplius in omni vnica digestiõe vnius rei videt vnicuȝ eē digestum: licȝ superfluitates sint plures: sed talis est digestio chyli ꝓcedētis a stõ ad epar. ergo ⁊c. Non autē sic esset si nõ esset ibi talis quarta substãtia q̃ principaliter dicit digesta: ⁊ cuius alie sunt superfluitates: Et ſȝ flegma nõ sit supfluitas. ¶ Ampli⁹. ꝺ sensu appet plus q̃ eius oppositum: ⁊ ſȝ hic ad placitum possit preterire. ¶ Amplius cõtra hanc opinioneȝ sunt omnes rõnes ꝓbantes φ solus sanguis nutriat: ⁊ nõ quatuor humores sicut in sequēti apparebit quesito. Et ſȝ predicte rationes iudicio nostro nõ concludãt isallibiliter. ¶ Signa aũt que ipse adducit sunt friuola. Primũ enim signuȝ apparebit in sequenti quesito: ꝓpter quid humores trãsmittuntur simul cũ sanguine si transmittunt: appuit ēt quo hoc plus cõtra tum cõcludit. Scdm signũ est expsse falsuȝ. Tertiũ signũ nõ ↄcludit. pmo. qȝ posset silitudo ꝺ lacte negari cũ maxima sit diuersitas inter materiam: ex qua fit aliqua res ⁊ rem factam: in scdo etiaȝ qȝ in lacte sunt quatuor substãtie cum serum duas in se contineat:

Reprehensio.

nec etiã bene arguit ꝓctualiter partes lactis partib⁹ sanguinis esse ꝓportionales ⁊ debere correspõdere. 4^m etiam signum potius cõcludit oppositum: nam colera ⁊ flegma sunt superfluitates sanguinis: ⁊ sibi attestantur ſm φ supfluitas debȝ attestari ei cuius est supfluitas. Superfluitas em̃ multũ debet differre ab eo: cuius est superfluitas: qd nõ esset nisi quedaȝ cõmixtio trium substãtiarum: vt supius fuit deductuȝ. Si aũt predicta sint in sanguine mixta apparebit in quesito sequēti. ¶ Qd autem in alio signo dicit qd non reperit medicina euacuans sanguinē nihil cõcludit: pmo qȝ forte talis est medicina: sed non cõiter nota. 2° ꝓpter eandē causaȝ quã ipsemet assignat de signo predicto de medicina euacuatiua re⁹ illius cõmixti. 3° qȝ licȝ neutrum eēt nihilomin⁹ signũ nõ cõcludit: quoniam est dare febrem de putredine sanguinis: sicut humoris quarti: ⁊ istud apparebit infra. lib°. 3°. huius summe. cũ de predictis febribus loquemur: ⁊ extense diximus de hac materia in cõmento super lib°. de differentiis febrium Ga. in scdo. qd iaȝ cõstruximus. Et cum dicit φ nõ: qȝ tūc ex eo fieret febris interpolata. Similr etiaȝ periodicaret perýodo diuerso ab aliis. Istud apparuit per nos lõgo cursu in loco preallegato ⁊ apparebit loco dicto: qȝ hoc requiritur. in mã de perýodicatione longo sermone discuti ⁊c.

¶ Utrum corpus ex solo sanguie nutriat: an etiã ex aliis humorib⁹ cũ sanguine. Questio. xxiiij.

2

Secundo queritur. An corp⁹ ex solo sanguine nutriatur. An etiaȝ ex humoribus aliis cũ sanguine. ¶ Istud quesitũ a doctoribus medicine q̃pluribus satis est lucide pertractatum: ⁊ ideo breuiter percurrem⁹. In hoc em̃ cadit duplex ↄ° ſm duas diuersas opiniones: quaꝝ vna est φ nutricatio fiat non ex solo sanguine: sed etiã ex aliis humoribus secum mixtis ⁊ hec fuit visa opinio medicorum in superficie sermonum al. verborum eoꝝ: si quis eorum dicta perquirit: sicut apparet per Hypo. in lib. de humana natura: per Galie. 2°. elementorum: ⁊ per Auic. cap°. de humoribus: ⁊ vniuersaliter horum sequaces. Apud eos em̃ humores quatuor proportionantur nostro corpori: sicut elementa mixto: vnde vocantur hi elementa scda. Flegma enim proportionatur aque. Colera igni. melia terre: sanguis aeri: sicut ergo mixtũ non potest ex vno elemēto generari: similiter etiam ex vnico solo hũore: vt puta sanguine nõ poterit corp⁹ nostrum gigni: ⁊ per cõsequens nec nutriri: cum eadem sit materia generationis ⁊ nutricationis: cuȝ ⁊ hec generatio sit coniuncta. ¶ Amplius cuȝ vnicũ sit agens corp⁹ nostrum seu membra: vt sperma seu spiritus gignitiuus nõ posset in eis tanta esse diuersitas quãta est nisi ħ sit ex diuersitate mãe: ab vnico em̃ agēte ⁊ materia vnica non videt diuersus effectus insurgere. Non ergo poterunt membra ex solo sanguine generari: ⁊ per ↄsequens nec nutriri. Sed necessaria erit aliorũ humoꝝ diuersitas simul cũ sanguine. qd vident velle medici cũ dicūt φ melancolia vadit cũ sanguine: vt aptũ euȝ reddat ad membra melãcolica nutricda: ⁊ sic de aliis. ¶ Ampli⁹ per experientiaȝ hos hũores simul cũ sanguine mixtos videmus in venis: qd pȝ in flobotomiis: qd non videt esse nisi ꝓpter eorum necessitatem ad nutriendū mēbra. ¶ Similiter etiam apparet illud si detur homini etiam quãtũcūq̃ bene disposito medicina laxatiua euacuabitur flegma ⁊ colera ⁊ melãcolia p° vn⁹. 2°. alter ⁊c.

Conclusiones.

¶ Alia etiã est in hoc q̃sito phi ⁊ Auerroys opinio: quã etiã sequūtur omnes subtiliores doctores: ⁊ est φ solus sanguis sit nutrimentũ nostri corporis: animaliuȝ sanguinem habētium. Alij aũt humores. s. duo: vt colera ⁊ melãcolia sunt pure superfluitates sanguinis: ⁊ ſȝ i eis sint iuuamēta mlta: vt patȝ intuēti auctoꝝ dicta. Flegma aũt non est pure superfluitas: sed est para diminute decocta per vlteriorem decoctionem potēs conuerti in sanguinem: quare est materia membrorũ: licȝ magis remota ipso sanguine: ⁊ ideo ei natura nõ fecit receptaculum: sicut duab⁹ coleris: licȝ tamen non sit superfluitas simpliciter ⁊ pure: aliquo tamen modo potest respectu sanguinis superfluitas dici: cũ sit res cruda nõ perfecte digesta. Apparebit em̃ inferius: an semper in conuersione chyli ad sanguineȝ sit necessarium flegma gigni.

Quesitum.

¶ Ista ↄclusio fuit de mente Aristo. 3° de hystoriis illo

Conclo. cap°. Omiomerarꝫ aūt cōſſima eſt ſanguis. Similiter lib° de ſomno. ⁊ loquiꝭ de alimēto habentiū ſanguineꝫ: nullam facit mētionē niſi de ſanguine. ℂ Extrahūt ēt intentioneꝫ eius quarto de partibus. cap° de felle: vbi vult p̄hs ꝙ quibuſdam animalib⁹ habentib⁹ ſanguinē nō eſt neceſſaria colera. ſed ſolū illis quoruꝫ ſanguis eſt ſuperfluens: ⁊ per cōſequēs ſicut in illis poteſt fieri nutritio, abſq̧ colera: ita in his quibus eſt colera nutritio debet fieri abſq̧ colera. ℂ Fuit hec concluſio expreſſe de mente Auer. 2°. colliget. Similiter Galie. ſecūdo de virtutib⁹ naturalib⁹. 4°. de iuuamentis: ⁊ 5°. hoc videꝭ aſſerere. Siſr hoc exp̄ſſe vult yſaac in principio vrinarum: ſimiliter in principio dietarum vniuerſalium: ⁊ 5°. febrium. hoc idē aſſerit Alexander in ſuis p̄bleumatibus. ℂ Et cōfirmant doctores hanc concluſionem pluribus mediis. p̄mo q: ſi quatuor hūores nutrirent tunc flegma per eius vlteriorem decoctionem non poſſet nutrire: qđ eſt cōtra omnes. probaꝭ. q: tunc in eo in qđ flegma cōuerti: vt nutriat non erit flegma: cū flegma nō conuertaꝭ in flegma immediata cōuerſione. ℂ Ampli⁹ q: ſi quatuor humores debent nutrire: aut nutriunt ſic: ꝙ diſtincti actualiter veniūt ad mēbrū ⁊ nutriūt ipſuꝫ: ⁊ hoc nō pōt dici: quia cū corpus noſtrū ſit diuiſum ad partes minimas per poros in quos nutrimentū ingreditur: in quib⁹ partib⁹ non ſaluaꝭ forma mēbri diſtincta a toto: ſed in illis partibus cōuerſis: vt eſt cōiuncta toti cōtingit ꝙ in multis poroſitatib⁹ membri cōtineꝭ colera ſic ꝙ nō flegma: ⁊ ſic de aliis: ex quo nutrimentū diuiditur vſq̧ ad partes minimas: ⁊ per cōſequēs cōtingeret ꝙ ſola colera vel ſolum flegma. ⁊ ſic de aliis poſſet nutrire: qđ eſt abſurdū. ℂ Aut op̄ꝫ dicere ꝙ ex quatuor hūorib⁹ fiat nutritio: ſic ꝙ ex illis q̄tuor p̄mo fiat aliqđ vnum vt maſſa ſanguinea: ⁊ ex illo poſtea fiat nutritio: ſed illud nō poteſt dici p°: q: nihil pōt fieri ex aliquibus plurib⁹ niſi illa plura iueniant p̄mo diſtincta: ita Auerroys 2°. colliget ergo oporteblt tūc i corpe humano quatuor hūores reperiri diſtictos ⁊ generari eos diſtinctos: ſed hoc eſt impoſſibile: q: ſicut mixtū qđ cōponitur ex elementis non pōt generare vnū elemētum purū diſtictū ab illis: q: calor ꝑ quē agit mixtū: mixtū ē ita corpus noſtrū ex quo cōponiꝭ ex quatuor humorib⁹: ⁊ reputant aliqui hanc rationē demonſtratiuā: ⁊ innuit Auerroys eam 2°. colliget. ℂ Et ꝯfirmaꝭ hoc q: ex vnico elemento nō poteſt fieri mixtū: ſicut ex vno hūore nō poſſet aliud mixtum: ex quo fit nutricatio: ⁊ per conſequens flegma nō poſſet per vlteriorem decoctionē nutrire. ℂ Et cōfirmatur p̄dicta ꝯ°. quia co. ⁊ melancolia ſunt pure ſuperfluitates alimēti ergo nō poſſunt eē alimentum. ⁊ cōſequētia pꝫ ſꝫ antecedens probaꝭ. q: ſi nō: tūc colera ⁊ melācolia q̄ expellūtur ad ꝓꝑia receptacula que ſunt pure ſuperfluitates illius bone colere ⁊ illi⁹ bone melācolie vadētis per venas: cū ſanguine cū illis atteſtenꝭ: ſꝫ cū omne qđ digeriꝭ ſequeſtratiōnē habeat a ſuperfluo: ⁊ ſanguis ſit illud qđ ꝓꝑie in epate digeritur ab eodem ſuperfluū decidi. cū ergo in epate tēpore factionis ſanguinis nulla ſit ſuperfluitas humoralis facta niſi colera ⁊ melancolia: ſequitur ꝙ tota colera et tota melācolia vt diſtincti hūores ſunt a ſanguine: ſūt ſuperfluū ſanguis: ⁊ hec eſt intentio Auer. 2° colliget.

cōclonis confirmationes.

Opio cōmunis. ℂ Concordāt aūt auctores medicine cū hac opinione: q: dicūt eos nō intelligere nutricationē fieri ex q̄tuor humoribus ꝓut ſunt quatuor actuaꝭr diſtincti: ſed intelligūt nutricationē fieri ex aliquo habēte q̄tuor partes diuerſas: quarū vna ſimilaꝭ plus colere: alia plus flegmati ⁊c. Et ꝭm hunc modū dicim⁹ ꝙ in ſanguine ſunt quatuor: nō ꝙ ibi ſint vere actualiter diſtincti: ſed per ſimilitudinē: ⁊ per cōuenientiā diuerſarꝫ partiū ſanguinis ad ipſos hūores quatuor: ⁊ ꝭm hūc modū dicimus ēt ꝙ aliquis eſt colericus aliquis melācolicus. ⁊ ſic de aliis. Et per hanc talē diuerſitatē ſaluaꝭ diuerſitas mēbrorꝫ ſicut ſi nutrirenꝭ ex humoribus quatuor.

Firmationes opionis. ℂ Nos aūt credim⁹ hāc opinionē veriorē eſſe ⁊ magis cōformē inueſtigationi naturali. Rōnes aūt quib⁹ illā firmant poſſent ſolui ſi quis pur vellet ꝯrā opinionē tenere: cū enim primo dr̄: tūc flegma nō poſſet nutrire: negatur: q: aliquid reſeruat natura de ipſo vt ip̄m ſanguini p̄miſceat. ℂ Et ſi dicaꝭ ꝙ ip̄m ꝭm oēs ſuas partes eſt ſiīr diſpoſitū: ⁊ ideo debet ꝭm totum ꝯuerti. Iſtud poſſet negari. Siīr etiam cum nā ꝭm exigentiā finis illud flegma cōuertet ꝭm ꝙ cōpetet nutricationi ⁊ q̄rūcunq̧ illud de ſe ſit aptum cōuerti ꝭm totū: ſicut etiā nā agēs in ſanguinem vt cōuertat in humiditatē ex qua dꝫ fieri nutritio nō cōuertit eum totum. Et lꝫ de ſe totū eſſet diſpoſitum. ℂ Ad illud aūt qđ 2° inducꝭ pōt reſponderi ꝙ nutritio fit ex quatuor humoribus qui primo inueniunt diſtincti actualiter: lꝫ ſint adinuicē mixti ex quib⁹ actione membrorꝫ cū attrahuntur ad mēbra generatur primo hūiditas p̄ma in extremitatibus venarꝫ: deinde in poroſitatibus hūiditates alie ꝭm ordinē inferius dicendum cū de predictis humorib⁹ dicem⁹. ℂ Et ex hoc primo remoueꝭ ꝙ ſi diſtincti venirēt ad poroſitates ⁊c. q̄ꝫ anteq̧ ad poroſitates veniāt ex eis efficiꝭ vnū quod poſt in poroſitates tranſiēs nutrit mēbra. ℂ Siīr etiaꝫ lꝫ haberēt venire diſtincti ad poros nō ſequiꝭ ꝙ aliq̄ñ in poro ſolum eſſet colera vel ſolum alius humor: immo cōtinue eſſent q̄tuor. q̄rūcunq̧ eñ pars mēbri que ibi generatur generēꝭ cōiūcta ⁊ nō ſeorſum nō ſequiꝭ: q̄n quatuor humores poſſint exiſtere: nō enim aſſumimus nos partes māles ⁊ formales ꝓut ipſi videnꝭ intelligere: vt iam declarauimus in gloſis noſtris ſuper ca° de generatione embrionis: ⁊ in hoc alio loco declarabim⁹. ℂ Et cū vlterius dicꝭ ꝙ nō poſſunt repiri diſtincti in corpore nec generari: q: ſicut mixtū nō pōt generare elemētum purū: ita hic ⁊c. Dicēdū ꝙ quicqđ ſit de antecedēti: ſimilitudo tñ nō tenet: quia valde maior eſt ꝓpinquitas et cōuenientia inter mixtuꝫ ⁊ mixtū: lꝫ vnum ex alio cōponatur ꝙ inter mixtū ⁊ elementa pura: vt de ſenerū eſt. ℂ Et ex hoc etiā nō valet qđ vlteri⁹ inducitur ꝙ ſic ex vnico elemento nō pōt fieri mixtū: ſic ex vnico humore nō poteſt fieri illud mixtū: ex quo fit nutricatio: quicqđ enim ſit de antecedēte: ſimilitudo tñ nō tenet: q: omnia elementa in cōparatione ad mixtū in hoc qđ eſt eſſe ſimplicia ⁊ materia mixti equaliter ſe hñt: nō aūt humores cum ſint mixta corpora in cōparatiōe ad corp⁹ qđ nutritur: cum iam flegma ſit aptū cōuerti in ſanguinē: null⁹ aūt aliorū in flegma. elemēta aūt vnūquodq̧ eſt in aliđ cōuertibile: ex quo manifeſta dr̄ia oſtēdiꝭ ipſorꝫ in comparatione ad mixtū: ⁊ humorꝫ in cōparatiōe ad corp⁹.

ℂ Sed huic opinioni iminet vnū dubiū qđ ē: q: ex quo flegma per vlteriorē decoctionē cōuertiꝭ in ſanguineꝫ: q: cū debeat cōuerti in mēbra ⁊ nutrire non ſemꝑ ſp̄us cōuertiꝭ in ſanguinē cum multo plus excoquatur ꝙ p⁹ eſſet. ⁊ per cōſequēs: tūc in nutrimēto nō cōcurrerent quatuor humores: niſi forte ꝙ decoctio cōuertens flegma ad ſanguinē eſt digō ſcđa que epati p°. ⁊ venis ſecūdario eſt attributa: vel eſt dig ō ſcđa ⁊ 3ª ꝭm alium modū diſtinguēdi digōnes tales. Aut nō eſt decoctio attributa mēbris: illa eñ hꝫ ꝭm opinionē hāc quatuor hūores ad humiditates ſcđas ꝯuertere: ⁊ deinde in mēbra.

Dubiū opinioīs.

ℂ Ad illud aūt qđ vlterius inducꝭ: iā pꝫ per ſuperi⁹ dicta: aliqua eñ colera ⁊ aliqua melācolia: vt q̄ ad receptacula expellunꝭ ſunt ſupfluitates pure ⁊ ſimpr̄: ⁊ ſūt ſuperfluitates toti⁹ maſſe: ⁊ ꝑ tāto ſunt ſuperfluitates p̄ncipaliter ſanguinis ꝑ quāto ſanguis eſt res p̄ncipaliter digeſta ⁊ ei atteſtaꝭ ꝓut cōueniens eſt ſupfluitati vt patuit in aſcedenti queſito. Colera aūt ⁊ melācolia q̄ vadūt cum ſanguine ad nutriendū mēbra ſi debēt dici ſuperfluitates ſimpr̄: lꝫ ꝭm quid poſſint in cōparatiōe ad ſanguinē ſuperfluitates appellari ꝑ quāto nutrimētum p̄ncipali⁹ ⁊ ꝭm pl⁹ fit a ſanguine. ℂ Credim⁹ autē vt iā affirmauim⁹ opinionē veriorē que ponit ꝙ ſolus ſanguis nutriat. ⁊ qđ inducꝭ pro opinione alia nō concludit. ℂ Ad illud eñ qđ p̄mo de ſimilitudine humorū ⁊ elemētorꝫ: ⁊ qđ etiaꝫ ſecundo de diuerſitate mēbrorū inducꝭ pꝫ reſponſio ꝑ ſe manifeſta ex dictis. ℂ Quod aūt vlteri⁹ adducꝭ nō ꝓcedit: dicūt eñ ꝙ in corpore inculpate ſano p̄ter flegma nō ſequeſtrenꝭ hūores p̄dicti actualiter diſtincti ꝭm formā a ſanguine: ſed ſolū in tali corpore ſanguis ſeparabiꝭ in partes diuerſas ꝭm modum dictum: quarꝫ quelibet eſt ſanguis: in corpore aūt nō inculpate ſano: quēadmodum ſunt plurima corpora in quibus ſanguinis eſt ſuperfluitas illud eſt videre in extractione ſanguinis de vena. ℂ Et ſimiliter reſpondetur ad illud qđ dictum ꝺ exhibitione farmaci. nam ſi exhibeatur corpori nō inculpate ſano illos euacuabit. Si aūt corpori iculpate ſano exhibeaꝭ nō inueniēs pre-

Sanguis ſolus nutrit.

dictos vertit se ad humorē iuuatiuū. Et quia in sangui ne est aliquid illis ꝓportionale: vt dictum: vertit se ad sanguinē euacuans aliquid in ꝓportio[ne] qd hȝ euacua re: ꝛ pōt hec sententia extrahi ex sententia illius affo rismi. Sana hñtes corpora ꝛc. Uel posset dici ꝙ si pre dicti hu mores actualr distincti a sanguine vadūt per venā mi seraicā nō est vt cōuertantur in nutrimentū: sed vt alia faciāt iuuamēta: quibus factis diuersis modis ꝛ vijs a natura expelluntur ꝛc.

¶ Utrum possibile sit totū chylum cōuerti ad formam flegmatis. an necessario prius cōuertat in ipsum ꝙ in sā guinē cum flegma sit, sanguis diminute decoctus.

Questio. xxv.

Tertio queritur. An possibile sit totum chy lum conuerti ad formā flegmatis. an neces sario prius cōuertatur in ipsum ꝙ in san guinem cum flegma sit sanguis diminu te decoctus. ¶ In hoc quesito aliquas po nemus cōclusiones. quarū alique erunt in quib[us] vtraqȝ pars cōtradictionis poterit indifferenter sustineri.

Conclusiones.
Prima.

¶ Prima cōclusio. possibile est aliquādo aliquē totum chylum cōuerti in epate in flegma excepta parte que in aquositatem cōuertit seu que in dictione resoluit. hec possibilitas declarat primo ex parte cibi ꝛ epatis: cū enī sit cibus aliquis multū flegmaticus vt cucurbita ꝛ pos sit exhiberi epati multū frigido nullū videt impossibi le in tali casu chylū ſm totū prius in flegma ꝛ deinde il lud cōuerti ſm multas sui partes in sanguinē: ꝛ in cole ram ꝛ melācoliā. Cum enim flegma sit aptū cōuerti in oēs alios humores: queādmoduȝ chylus nō videt incō ueniens ꝙ generatio eius pri[us] tpe possit aliorum hūoꝝ generationē antecedere. ¶ 2°. hoc declarat. qꝛ in chylo nō videtur ſm potentiam esse determinate partes: que sic sint apte cōuerti ad vnū humorem ꝙ nō ad aliuȝ. vt verbi gratia. ad colerā sic ꝙ nō ad melācoliā vel ad san guinem ergo ex hoc nō videt posse prohiberi: qn totus prius tēpore possit cōuerti in humorem qui semita est ad alios: añcedēs declarat: qꝛ cibus qui i epate cōuertitur ad tantum sanguinē ꝛ ad tātam coleram in epate san guineo cōuertet ad maiorē ꝙtitatē sanguis. ꝛ ad mio rem ꝙtitatē colere: ita ꝙ in hoc epate aliqua ps chyli q̄ in alio epate cōuertit ad colerā couertet ad sanguineȝ: ꝛ silr in epate flegmatico cōuertet in flegma. ergo ꝙtū est ex natura diuersaꝝ partiū chyli nō vr incōueniens quin oēs prius tpe possint cōuerti in flegma: istud etiā antecedens pȝ: si quis teneat ꝙ flegma cōuertat nāli cō uersione in tres humores: ita ꝙ qñ fit sanguis: ex eo ēt residat melācolia ꝛ colera: tūc eñ cū flegma se habeat in cōparatione ad alios humores: q̄si sicut ꝓpinqu[us] chy lus: nō vr incōueniēs ꝙ aliqñ ex abbreuiata decoctiōe totus chylus cōuertat in flegma: ꝙ quidem in alios cō uertatur humores antequā ex toto egrediatur epar: vt ni hil deficiat nutricationi necessariū. ¶ Si quis velit te nere cōclusionē oppositam isti posset ꝙ nūquā aliquis to tus chylus in epate pōt cōuerti ad solum flegma. ꝛ hoc esset tam ex natura epatis agentis ꝙ ex natura passi. s. chyli qui nō est ſm totū cōuertibilis ad flegma solū. lȝ nō sit cōuertibilis in illos ſm determinatas ꝛ precisas partes nisi in eodē epate ꝛ eiusdē dispōnis.

Secunda conclusio.

¶ Secūda cōclusio est. ꝙ flegma pōt pri[us] tēpore gene rari aliis hūorib[us]. hec cōclusio multū est clara tenendo cōclusionē primā. Silr etiā de se. Et lȝ illa nō esset ve ra est clara. vt pȝ maxime in cibis flegmaticis. vnde ps chyli ꝓpter eius ꝯformitatē ad flegma erit cōuersa ad flegma adhuc aliis partib[us] nō cōuersis ad alios hūo res. ꝛ hoc est ex mēte Ga. ad litterā 2° regiminis acutoꝝ cum dicit. Generatio aūt flegmatis ꝓcedit semp i cibis in quib[us] vincēs est flegma gñationē sanguinis ꝛ cōuer sio eius cui[us] dispō est ex cibis ad sanguinem fit median te sanguine. Et nos quidem inuenim[us] hoc accidere nō in cibis malis tm̄. sȝ in vnoquoqȝ ciboꝝ etiā de quibus putatur ꝙ sint in fine bonitatis: sicut panis ꝛ triticū qd nominat candarusium ꝛ pisces. Et vr hoc velle Gal. ꝙ semper generatio flegmatis antecedat generationē sā guinis si eius verba cōsideras. ¶ Et si quis vellet illō sustentare posset: ꝓpter maiorē affinitatem flegmatis cū chylo ꝙ alicui[us] alteri[us] humoris. Et si auctores dicāt in decoctione epatis quatuor gñari hūores: nō tñ cōclu ditur gñatiōeȝ perfectā oīm illoꝝ simul esse. ꝛ si cōside ras ꝓdicta quatuor verba videnť affirmare cōclusionē ꝓmā. in verbo illo: cum dicit. Et cōuersio cuius dispositio est hec ex cibis ad sanguinē fit mediāte sanguine qm̄ dȝ exponi. i. mediāte flegmate: qd est sanguis diminute decoctus. Quidā tñ aliter intelligunt textū predictum Ga. vt apparebit in alia cōclusiōe. ¶ Predictam etiaȝ cōclusionē vult Gal. 4°. de regimine sanitatis. vt dicit in medio aūt sanguis est ꝛ colericoꝝ humoꝝ ꝛ hoꝝ qui vocaľ crudus humor vel flegma: illi eñ super digesto perficiuntur sanguine. hi aūt nondum digesto: qꝛ vero hi quidē sunt antequā certissime sanguis cib[us] fiat velut se midigesti. Alij vero oīno indigesti.

Tertia conclusio.

¶ Tertia cōclusio est. nō est necessariuȝ flegma antece dere gñationē sanguinis nec aliorꝝ hūoꝝ: ꝛ ꝑ ꝯñs nō est necessarium sanguinē prius fuisse flegma: ꝛ hoc qꝛ hūo res possunt simul generari: talis eñ pōt esse ꝓpor[tio] par tis chyli que cōuertaľ ad sanguinē ad ipm sanguinem qualis est illius qui cōuertiľ ad flegma ad ipm flegma: ꝛ sic de hūorib[us] aliis cū partes chyli sint multū diuerse. lȝ ergo vt cōiter dicit sanguis sit prius diminute deco ctus ꝙ perfecte: nō tñ existēs diminute decoct[us] est fle gma: nō eñ oīs sanguis existēs diminute decoct[us] est fle gma: immo in aliq̄ epate: ꝛ ex aliquo cibo ps chyli q̄ est apta ꝯuerti in sanguinē. nullo mō est apta ꝯuerti in fle gma in nullo mutato epate nec cibo. ¶ Ad dictū Gal. suprius allegatū 2°. regiminis acutoꝝ. certe illud hȝ mari me verū in flāticis cibis: vt dicit. ¶ Et si dicat illud ēt i aliis euenire: pōt exponi ꝙ nō intelligit illud semp eue nire. sȝ ēt in eis illud esse possibile aliqñ. Quidā tñ illō dictū Ga. exponūt ꝙ gñatio hūoꝝ pōt fieri dupľr. Uno mō ex cibis ꝛ isto mō gñatio humoꝝ est simul ꝛ de tali nō intelligit Ga. Alio mō pōt fieri gñatio ipsoꝝ ꝑ trāſ mutationē ipsoꝝ adinuicē: ꝛ isto mō est veruȝ. qd flegma añcedit saguineȝ in gñatione: ꝛ sanguis colerā ꝛ melā coliā. Unde supposito ꝙ ita esset ꝙ ex aliqua parte cibi nō esset aptus gñari nisi vnicus hūor vnica transmuta tione si deberēt gñari oēs quatuor. Inde hūores tūc ꝓ mo gñarenť: inde flegma: deinde sanguis: deinde colera ꝛ melācolia. nō aūt eēt possibile accidere ꝯ°. ꝛ h̄ ꝓpter ordinē quē hñt forme istoꝝ adinuicē in mā: ꝛ de isto mō gñationis hūoꝝ intelligit Ga. ꝛ hoc cū oīa illa ꝟba po nat vt ostēdat q̄ñ corp[us] flāticum nō ledaľ ex ieiunio: qm̄ flegma per vlteriorē decoctionē que fit in ipso pōt rectificari cū sit aptū ꝯuerti in sanguinē. sȝ corp[us] coleri cum nō sustinet. qꝛ ex decoctione vlteriori ꝛ calefactio ne colera nō pōt cōuerti in sanguinē. Scđm ergo istum modū est verū ꝙ gñatio flātis in cibis tā flāticis: ꝙ etiā tēperatis ꝓcedit gñationē sanguinis: ꝛ sic exponūt illō dictū: tu tñ intelligas si qs vellet sustinere ꝟba Ga. ad litteram posset vt dcm̄ ē i añti ꝯ° ne. ꝛ tūc cessaret hec ꝫ° ꝯ°.

Humorum generatio duplex.

Quarta.

¶ Quarta cōclusio est. cū flegma cōuertiľ ad sanguinē aliqñ cōuertiľ nō in solū sanguinē: sȝ etiā in colerā ꝛ me lancoliam: ꝛ hoc necessario. pȝ ista per primā ꝯclusionē ꝛ apparebit ꝑ cōclusionē vnam aliam q̄ poneľ de cōuer sione chyli ad sanguinem.

Quinta.

¶ Quinta cōclusio. sustineri pōt ꝙ aliqñ flegma cū cō uertitur ad sanguinē cōuertiľ ad solū sanguinē: sicut ē flegma factū ex chylo ex quo geniti fuerūt simul q̄tuor hūores: nulla enim digōne fuit facta sequestratio sup fluitatis ꝛ impuri a puro in tota illa mā. ꝛ fuit ibi soluȝ aliqua ps impfecte decocta: a supfluitatib[us] tñ depura ta: ꝛ iō etiā vlteriori decoctiōe nō opȝ ampli[us] ibi reside re superfluitates: sȝ illā per decoctionē simpľr pfici ꝛ in sanguinē purū cōuerti. ¶ Cōtrariū tñ h[uius] pōt etiā susti neri. s. ꝙ semp cū flegma trāſmutaľ in sanguinē trāſmu tatur etiā in alios hūores: qd magis haberēt tenere opi nātes hūores q̄tuor nutrire corp[us]. vt habuit supra vide ri. Et posset tolerari de illo flāte facto ex chylo mō ꝓdi cto: qd aliqñ ꝯuertiľ ad solū sanguinē: ꝛ aliqñ ēt ad illos sil cū illo ſm maiorē ꝛ minorē depurationē factā super fluitatis a puro in prima ꝯuersione chyli ad hūores.

Sexta.

¶ Sexta cōclusio est. ꝙ nullus tot[us] chylus ꝯuertiľ solū in sanguinē: ꝛ silr nō pōt cōuerti solū in colerā nālē nec solum in melācoliam nālem. Hec ꝯ° pȝ. nam in omni ꝑ fecta decoctione opȝ puꝝ separari ab ipuro: ꝛ sequestra ri ſm formam a superfluitatibus. in digōne epatis san guis est res perfecte digesta ꝛ decocta: ꝛ ideo ipossibile

est totem mām in eā cōuerti vel in aliquā supfluitatē:
qð sic nō erat de flegmate cū3 sit res diminute decocta
in potētia extis ad alios hūores. ¶ Unde hic attentiōe
dignū ꝙ reliquū valde est de flāte in cōparatiōe ad san
guinem: ꝛ de sanguine in cōparatiōe ad colerā: ꝛ l3 fle=
gma per vlteriorē caliditatem ꝯuertaſ ad sanguinē: ꝛ et
sanguis per vlteriorē caliditatē ꝯuertaſ ad colerā. na3
flegma respectu sanguinis nō est ꝯ̄a supfluitas: cū pos=
sit in benignū ꝛ nālem sanguinē ꝯuerti ꝛ in naturalē co
lerā ꝛ melācoliā: vt supi⁹ est declaratū: l3 sanguis postꝙ̄
fact⁹ est sanguis nūꝙ̄ pōt ꝑ vlteriorē decoctionē ꝯuerti
in colerā naturalē: imo colera q̄ fiet ex sanguine qualis=
cūqȝ est simplr naturalis. ꝛ hoc iō q: l3 sanguis sit mino
ris caliditatis ipsa colera nō ꝺ: respectu colere res di=
minute decocta: sicut flegma respectu sanguis: imo est
res ꝑfecte decocta. Ex quo nō sequiſ ꝙ colera ꝑus po=
tuerit esse sanguis: sicut sanguis ꝛ melancolia ꝛ colera
potuerūt ꝑus esse flegma: ꝛ saltē de sanguie est notum.
Ex qb⁹ appet ꝯclusio ꝑdicta si bñ ꝯsideras. ¶ S3 circa
dicta pōt qs dubitare: qð aliis volum⁹ dimittere. Utrū
an in aliq̄ epate ꝙ esset possibile ꝙ sanguis ꝑus gene=
retur ipso flāte: vt aliqua esset ꝓpor⁹. alicui⁹ cibi ad ali
quod epar: qð l3 ex toto chylo nō possit sanguis gigni:
nihilomin⁹ tñ pars chyli q̄ d3 ad sanguinē cōuerti citi⁹
cōuerteretur in sanguinē ꝙ̄ alia pars in flegma vel in me
lācoliā vel colerā. ¶ Scōm du^m ēēt sīlr de colera: ꝛ 3^m ꝺ
melācolia. Et rō ꝑdicte dubitatōis: q: l3 colera ꝛ melia
sint supfluitates sanguis: nihilomin⁹ sanguis posset ēē
eque ꝑfect⁹ illis adhuc nō genitis vel ꝑus genitis: sic si
simul cū illo generentur: q: qðcūqȝ istoꝝ ponatur nō ponitur sā
guis gñari: nisi ex puris partib⁹ chyli ꝺm formā seq̄strā
tis ab illis q̄ adhuc nō habēt terminatā formā ad quam
natura vlterius ꝑducit illā materiā ꝓpter vtilitates illi
lis supfluitatib⁹ existentes: ꝛ tu circa hec cōsidera.

Septia.

¶ Septia cōclusio est. in gñatōe hūoꝝ i epate ex chylo
non est necliu3 flegma gñari ibi. l3 vtplim generetur. ita ꝙ
est neclū aliquā parte chyli semper ꝯuerti in flegma
l3 aliqñ tot⁹ chyl⁹ q̄tū ad id qð d3 in hūores cōuerti so=
lum in tres hūores cōuertitur. Hec cōclo vr satis verisi=
milius posse induci: l3 ei⁹ ꝯ̄riū posset ēt tolerari Nā ex=
quo nō est neclum sanguinē ꝑus fuisse flegma: vt supra
ꝛ materia q̄ in flegma cōuertitur est apta nata cōuerti in
sanguinē: vr ex his cōcludi illā totā materiā posse i san
guinē conuerti absqȝ intercisiōe flātis: ꝛ oēs vtilitates
flātis ab auctorib⁹ attribute cōseruantur. Qð l3 illud sit
possibile: rarissime tñ euenit: quia ibi sint partes crude
que in flegma ꝯuertuntur: vel posset adimpleri ꝑ ptes sā
guinis flāticas q̄ flāti ꝓportionantur: vt supra in quesito
de nutrimēto. Nō aūt sic est possibile chylū ad sangui=
nem cōuerti: q̄n alique partes ꝯuertātur ad colerā ꝛ me
lancoliā: vt supi⁹ declaratū. Et forte hāc cōclusionē in=
tellexit: vt dicit qdā. Auic. illo ca⁹. Nutriēs masticatōe
ꝛc. cum eñ loquitur de gñatione hūoꝝ in epate lquit: In
omni eñ decoctiōe que est hui⁹ est res q̄ est sicut spuma:
ꝛ res que est sicut hypostasis: ꝛ res fortasse erit aut que
ad adustionē pertinet si ꝺcoctio supflua fuerit: aut res
q̄ nō est bene cocta si decoctio fuerit minor ꝙ̄ d3. Ex ap=
paret qño reponitur gñationē flātis sub ly fortasse. Et l3
alij illud fortasse solum applicēt membro ꝑmo. s rei que
ad adustionē pertinet. l3 illud quod primū ostēdit Auic.
ꝑmū voluisse est dictio aut.

Ultima.

¶ Octaua cōclusio est. hūores quatuor ꝑnt simul gñari in
epate ꝛ ꝑnt gñari successiue: ita ꝙ aliquādo vn⁹ aliquā
do reliquus. Ista cōclusio est nota ex aliquib⁹ cōclusio
nibus ꝑus positis si cōsideras. ¶ Et iō alr nō deducitur.
P3 ēt qño ꝺm diuersas dispōnes ꝛ cibi ꝛ epatis illð pos
sit accidere ꝛc. deo gratias.

¶ Utrū flegma sit frigidi⁹ melācolia. Qō. xxvi.

A calore diminuto flegma fit.

Quarto queritur. An flegma sit frigidi⁹ me
lancolia. Auicē. eñ asserit de flāte ꝙ est fri
gidius qð sit in corpore: sīlr Ga. in li. de ma=
litia cōplonis: ꝛ etiā 2⁹ cōplonū: ꝛ similiter
Auic. illud idē vr velle cū ponit cām efficiē
tem melia3 esse calorē ītēperatū. Flegma aūt fit a dimi=
nutio calore. hoc idē videtur asserere Ar. in lib. de som
no: cū dicit. Oim eñ que in corpore sunt frigidissimū est
cerebrū ꝛ inter oia alia mēbra corporis maxime flāticū
est cerebrū. ¶ Oppositū apparet ꝑmo per Auic. ca⁹ de

Cerebrū ceterū re=rū totius corpis fri gidissimu3.

humoribus cū dicit. ꝙ flegma cōparatione corporis est
frigiditatis pauce. Sīlr flegma ꝓpinquius est sangui=
ni et spūi que sunt res calidiores corporis ꝙ̄ sit melia.
Sīlr hūor melācolicus pl⁹ generatur in etate in qua cor=
pus est frigidi⁹ vꝫ senectute. Sīlr corpa melica sunt iſā
ticis breuioris vite. Uita aūt maxie ꝑdurat calido. Am
pli⁹ melācolic⁹ hūor inducit accñs frigoris vehemēti⁹
flāte: vt p3 in principiis paroxismoꝝ q̄rtane. ¶ Rñsio
in hoc quesito vna est Dini q̄ est: ꝙ melia pōt ꝯparari ad
flegma vel in suo esse specifico ꝛ naturali: aut in suo eē
gñali accepto. Si ꝑmo mō: tūc aut sumitur melācolia que
nō est pura: ꝛ simplr supfluitas: s3 est alimētu3 qð est in
sanguine: q: pars sanguinis melica. Aut ad ipsum com
paratur melia q̄ est pura supfluitas. Primo mō flegma ē
frigidi⁹ melia: q: melia taliter accepta est illud qð i sā=
guine grossi⁹ est ꝛ residēs: sicut ergo in fece alicui⁹ sal=
uatur ꝺm aliquid de cōditiōe ei⁹: cuius est fex: ita ꝛ in ipsa
melia saluatur ꝺm aliqd de cōditiōib⁹ sanguis: ꝛ iō Auic.
in ca⁹. de de humorib⁹. ponit ꝙ eius sapor est medi⁹ in=
ter ponticū ꝛ dulcē: ꝛ iō l3 participet frigiditate: non tñ
tāta vt flegma. Si aūt flegmati cōparetur melia q̄ est
pura ꝛ simplr supfluitas ꝛ cōparetur ei in suo esse natura=
li: tūc dicit indubitāter ꝙ flegma est minoris frigidita=
tis ꝙ̄ melācolia. qð ipse ꝓbat ꝑmo auctē Auic. cap⁹. de
hūorib⁹. vt supra dictū est. etiā q: hūor frigidus q̄ ꝓpin
quior est nature sanguinis min⁹ est frigid⁹ ꝙ̄ ille q̄ val=
de distat a natura eius. sic aūt se h3 flegma in cōparatiōe
ad melācoliā. Ideo ꝺ isto flāte dixit Auicē. ꝙ ē sanguis
nō ꝑfecte decoct⁹: ꝛ ꝙ est quidē modus dulcis flātis qð
nō existit frigidū valde. Hoc idē cōfirmatur ex eoꝝ sapo=
ribus. nā tale flegma h3 saporē valde ꝓpinquum dulci
flegmati: s3 talis melancolia q̄ est superfluitas pura h3
saporē ponticum ꝛ acetosum: sicut pōt haberi ab Auic.
cap⁹. de humorib⁹. Sed claꝝ est ꝙ sapor dulcis fundatur
in suba minus frigida ꝙ̄ pontic⁹ vel acetosus: vt habetur
ex scia de saporib⁹: ꝛ de ista tali melia maxime ꝓcedūt
rōnes adducte ꝓbātes. ꝙ ipsa sit frigidior. Si aūt opetur
melācolie vt accipiūtur in suo esse in genere sic respon=
det ꝙ flegma est frigidi⁹: qð sit in corpe humano inter
cetera. Nam in genere ipsius est hūiditas quedā q̄ mul
ta frigiditate ꝑticipat: sicut est flegma vitreum. adeo
vt qñqȝ actu frigidū egrediatur a corpe: vt refert Gal. 2⁹
de interiorib⁹. ꝛ iō q: auctores loquētes de flegmate lo
quuntur. de eo in genere: hinc est ꝙ flegma est frigidi⁹
qð sit in corpore hūano: ꝛ qñ fiunt febres ex tali flegma
te: in ꝑncipiis paroxismoꝝ earum antecedit maximum
frigus maius ꝙ̄ sit frigus paroxismi q̄rtane. Sed quā=
do fit ex flegmate naturali aut dulci nō antecedit quasi
frig⁹ de quo sit curādum: ita Auic. cap⁹ de febre quoti
diana: ꝛ ista est responsio eius cōpleta in hoc q̄stio plus
ꝙ̄ reperiatur in recollectionib⁹ sacris. In aliquib⁹ aūt in
uenimus sermones cōtradicētes huic: sed ista habem⁹
de manu eius notata. ¶ Ista opinio licz posset tolerari
pōt tñ reprehendi e cōtrariū poti⁹ vr esse de mēte aucto
rum: cū enim primo dicit ꝙ melācolia ꝺm ꝙ nō est pura
superfluitas ꝛc. nihil valet: qm̄ sic sumendo melancoliā
ipsa non est nisi quedā pars sanguinis. Si ergo ipse cō
parat eā flegmati vero. iam nul⁹ de hoc extimaret: q:
quel3 pars sanguinis est calidior flegmate: ꝛ de hoc nō
fit questio. Si ergo vult loqui de tali melācolia d3 eam
cōparare flegmati accepto sīli mō. Tale aut esset pars
sanguinis aquosa frigida ꝓportionalis flegmati: s3 ta
lis frigidior est illa parte sanguinis grossa ꝛ feculenta.
De tali aūt flegmate sua rō nō ꝓcedit ¶ Qð autē scðo
dicit nō est verū: nec qð allegat cōfirmat illud qð vult
dictū enim illud Auic. multiplr ꝛ a diuersis diuersimo=
de exponitur: sup illo enim dicto Auic. de manu sua ꝓ=
pria inuenio glosatu3 sic ad lram: ꝛ ideo hoc dixit Auic.
vt ostenderet ꝙ l3 sit frigidius: nō tñ est frigidū actu: et
ideo quātum ad hoc respectu corporis est frigiditatis
pauce: l3 sit frigidius qð sit in corpore: ꝛ istam expōnem
inuenio in quibusdam glosis sub eo recollectis: vbi di=
cit ꝙ nō vult dicere Auicē. ꝙ sit frigiditatis modice in
cōparatione ad alias partes corpis: s3 q: nō habet frigi
ditatem in actu: cum quelibet pars corporis sit actu ca
lida: ꝛ ideo stāt simul ꝙ flegma vno modo sit frigidita=
tis pauce. alio mō multe. Et pro certo ista nō est itētio
Auicē. q: ita deberet dicere de aliis. sicut de hoc: ꝛ etiā

Uita maxie calido ꝑdurat.

Reprehensio.

qđ determinet ibi de propria cōplexione flegmatis. Aliter exponitur illud dictū ꝙ flegma est frigiditatis pauce in cōparatiōe corporis. s. respectu ei⁹ qđ est respectu colere ⁊ sanguinis: ⁊ respectu quoꝝ est multo frigidi⁹. Aliter pōt exponi ꝙ ibi sermo Auicē. est de flegmate nali qđ nō est multū frigidū respectu corporis: ⁊ hoc in cōparatiōe ad plures species nō naturalis flegmatis: vt de se notū est. ¶ Alij dicūt ꝙ flegma nō multū excedit intensiue per recessum a caliditate corporis iudicata p tactū iuxta cutim: ⁊ hoc qꝛ vita stat per calorē ergo recessus versus frigidū nō est multū intensus in homine ꝟm naturam. parū ergo distemperant versus frigidū ⁊ multū versus calidū. Ista stant ergo simul. flegma est res frigidior in nobis: ⁊ tñ est frigiditatis pauce. ¶ Illud dictum si consideras posset multipliciter reprehendi.

¶ Qđ aūt in predicta cōclusione ab eo scđo inducit̃ nō procedit: ⁊ ipsemet soluit illud in glosis sub eo recollectis. Nam si flegma est ꝓpinquius sanguini ꝙ melācolia h̄ nō est rōne suarū q̄litatū. hoc eñ nō ratione vni⁹ qualitatis melācolia min⁹ distat ab eo: sȝ melācolia minus distat a sanguine: quia est eius fex ⁊ pars impuramō sic aūt flegma vt supra habuit videri. ¶ Qđ autem vlterius inducitur de saporibus nō concludit: nō enim ex sapore lȝ bene cōcludere de cōplexione: immo cū multa fallacia: vt habet alibi videri. Aqua enim est saporis insipidi ⁊ ē multū frigida. Silr etiā nāle flegma nō est ꝓprie saporis dulcis: sȝ magis insipidi: ⁊ lȝ persepe sapor insipidus dulcis appellet̃. Nulli enim dubium ꝙ aliq̄ species nō naturalis flegmatis est: cui⁹ sapor est magis ꝓpinquius dulci sapori ꝙ sapor melācolie: ⁊ tamen illđ flegma est frigidius: vt etiā ipse cōcedit. ¶ Ultimū aūt dictum quod dicit est verū: pōt tamen molestari per dictum Auic. cap⁹. illo nutriens masticatione. vbi vult loquens de melancolia innāli ꝙ fridita s generat flegma ⁊ multum superflua generat melācoliā propter superfluitatē cōgelationis qđ directe vr̄ esse cōtra dem illđ.

Dulcis dr̄ sapor insipidus.

¶ Nos autē credim⁹ esse magis cōforme mētib⁹ auctorum ⁊ veritati tenere ꝙ flegma sit frigidius melācolia loquēdo simpliciter ⁊ absolute: ⁊ res frigidior q̄ sit i corpore nostro. Hoc aūt probaret̃ per experiētiā tactus p quā auctores cōplexionem corporis ⁊ suarū partiū inuestigauerūt. ¶ Et silr appet p oīa accidentia q̄ ab vno istoꝝ humoꝝ vel ab alio cāntur tam in egritudinib⁹ ꝙ in sanitate egritudines ei que a flegmate veniūt sunt multo frigidiores ꝙ que a melia: vt lȝ p omnes discurrere. ¶ Silr etiā si proportionētur. vt dicunt ꝙ plures humores elemētis: flegma corresponder aque ⁊ melancolia terre. Aqua autē est p̄imū frigidoꝝ: ⁊ silr flegma frigidius erit melancolia. ¶ Insuper hoc cōfirmat: qꝛ q̄to nālis calor per amplius infrigidat̃ videtur pl⁹ multiplicari flegma ipsa melancolia: vt apparet in vltima senectute ⁊ in dispōne alia accidētali: ēt in etate q̄cūq₃. vnde in hoīe melancolico frigiditas addita est cā gn̄ationis flegmatis supra melācoliā: vt pȝ ab Auicē. cap⁹. illo. nutriēs masticatiōe. Illo. ꝗ. Neq₃ opȝ vt sicut credu lites ꝙ omnis cōplexio ⁊c. qđ est manifestū signum flegma esse frigidioris cōplexionis melia. ¶ Ampli⁹ duorum humoꝝ in vnica qualitate cōuenientiū vr̄ similis comparatio: cum sunt extra nām alterati: ⁊ cum sunt in propria nā: sed flegma innāle repert̃ frigidius melācolia innali. ergo flegma nāle vr̄ esse frigidius nāli melācolia. ¶ Nec valent ea que ꝯ hoc superi⁹ adducunt̃. Ad illud eñ qđ p̄mo allegat̃ ex Auic. apparuit supra multipłr respondendū. Ibi eñ p sermo Auicē. intelligit illđ esse frigiditatis pauce respectu multarum aliarū speꝝ eius que sunt frigiditatis multe: ⁊ similiter pauce ē frigiditatis respectu corporis respectu eius qđ est respectu colere ⁊ sanguinis. Cuȝ hoc aūt stat ꝙ sit frigidius melancolia. ¶ Quod aūt 2⁹. inducit̃ nō cōcludit: vt supra patuit. ¶ 3ᵐ etiā nō cōcludit. Nō enim multiplicat̃ melācolia in senectute: qꝛ sit frigidior flāte: sed ꝓpter etatem illam in duab⁹ qualitatib⁹ cōformari melie. est eñ etas frigida ⁊ sicca: ⁊ ex eadem causa corpus melancolicum est breuioris vite flegmatico. Nō ꝓpter esse frigidius: sed ꝓpter esse siccius. Uita eñ nō solū stat calido sed humido: cum sit substentaculū calidi: ad cuius defectionem eius deficit calidū: immo vt supra dictū est: cū etas melācolica ⁊ cōplexio melica per ampli⁹ infrigida

Aqua primū frigidorum.

tur per accidēs multiplicat flegma. ¶ Ad id autē qđ vltimo arguitur dōm illud nō esse ꝓpter p̄dictū humorez esse magis fridū flegmate: sȝ ex aliis causis: q̄s extense declarauim⁹ in scđo de febrib⁹ Gal. in cōmē. qđ sup illo cōstruximus. est eñ humor melācolicus nāe horribilis. ⁊ grauis vñ maior ꝯfractio ⁊ dolor ab eo ꝓuenit. et ex illo maior tremor ⁊ fuga caloris ⁊ multe sunt cāe: q̄s in p̄dicto loco vide a nobis extense. ¶ Ad dictum autē Auic. in cap⁹. Nutriēs masticatiōe: ꝙ frigiditas generat flegma ⁊ mltū sup̄flua generat meliaȝ. Dōȝ ꝙ Auic. nō dixit illud qꝛ melia sit frigidior flegmate: sȝ loquebatur de generatiōe seu de causis efficientib⁹ hūores ꝯnales ꝙ p̄ter nām: ⁊ notū erat qūo flegma pōt fieri a frigiditate vehemēti. Sed quia dixerat ꝙ innālis melancolia fiebat a caliditate multū superflua: voluit ostēdere: qūo etiā fit a frigiditate vehemēti. ⁊ hoc qꝛ null⁹ est hūor qui fiat a calido ⁊ frigido: nisi melācolic⁹: frigidū eñ ⁊ siccū ingrossans ⁊ terrestrificās humores: ⁊ ab eis humidū exprimēs eos in nō naturalē melancoliā cōuertit. loquēs aūt de flegmate solum dixit de naturali flegmate aliud derelinquēs p noto. ¶ In hoc aūt questio a quibusdā etiā alie dant̃ rñsiones quas ad p̄sīs tāq̄ friuolas nō recitamus ⁊c.

Flegma p accn̄s multiplicat.

Hūor melācolicus nāe horribilis ergo vis.

¶ Utrū generatio colere sit necessaria. Qō. xxvij.

Quinto queritur. An generatio colere sit necessaria. ¶ In hoc questio ponem⁹ ꝯclusiones ad declaratione hui⁹ humoris in quibus colligemus multa a doctorib⁹ posita que possent in titulis ꝓpriis dubitari.

¶ Primo ergo p̄missa distinctione auctorum ꝙ colera quedā est naturalis: quedā preter naturā. Ponem⁹ conclusiones de naturali colera.

Conclusiones.

¶ Prima est. ꝙ colera naturalis est hūor subtilior sanguine. hec pȝ tā ex mā ex qua generat̃: qꝛ generat̃ ex subtiliori parte chyli. 2⁹. qꝛ in sanguine leuigat in modum spume. 3⁹. qꝛ est humor magis penetratiu⁹. 4⁹. qꝛ gn̄at egritudines velocis mot⁹ ⁊ velocis resol'onis. 5⁹. qꝛ in holbus in quib⁹ abūdāt subtiles hūores hȝ multiplicari. 6⁹. qꝛ sanguis coleric⁹ subtilior est alio. Si aūt aliqs auctor dicat colerā esse grossam ⁊ grossiorē sanguine intelligit de colera nō naturali: si etiā ipsa sit amara amaritudo sua est cū acuitate admixta: sapor aūt amar⁹ qui arguit substantiā grossam est amarus purus. Silr in terreo subtili fundari potest sapor amarus: vt pȝ in fumo. Regula etiā sumpta a sapore est multū fallax.

Colera nālis.

¶ Secunda conclusio est. colera est res calidior que sit in corpore nostro: ⁊ hoc calore virtuali: licet spūs caliditate actuali ⁊ naturali sit calidior. patet ista per effect⁹ quos facit colera in corpore.

¶ Tertia cōclusio. in generatione sanguinis ex chylo necessario generatur colera: qꝛ quid sit de generatiōe eius: qñ sanguis fit ex flegmate dictū est supra. ⁊ pȝ hec cōclusio supra in questio de flegmate. nā nunq̄ res que digerit̃ est p̄fecte digesta nisi ab ea separent̃ superfluitates. ergo cū res que fiūt per digōnem generant̃: tūc ei⁹ superfluitas generat̃. superfluitates aūt sanguis sunt colera ⁊ melācolia vel aliud illis ꝓportionale. Dicūt tamen quidā nō esse incōueniēs ꝙ aliquis talibus vtatur cibis: ⁊ sic sit dispositus ꝙ in eo non generabitur colera q̄ vadat ad chistim fellis: generat̃ tñ colera que ad corpus dispergitur cū sanguine. ¶ Et si cōsideras cōtrariū etiā pōt teneri. Et silr dicūt ꝙ si sint aliq̄ aīalia q̄ fel nō habeant: vt vult pħs 3⁹ de partib⁹. nihilominus in illis colera generatur: que cum sanguine vadit mixta. Attende tamen ꝙ colera generat̃ in eis ⁊ expellitur: lȝ non ad chistim fellis: ⁊ vide p hac materia pħm secundo de hystoriis. Nam multis viis potest predicta expelli superfluitas.

¶ Quarta cōclusio est. ꝙ colera que vadit ad chistim fellis. s. ad eius ꝯcauū nō nutrit fel. qꝛ fel nutrit̃ sanguine vt alia mēbra. Et si Auic. dicat ꝙ necessitas eius vna est fel nutrire: aut intelligit de colera que mixta vadit cū sanguine per venas ad fel ꝟm modū eius loquēdi in quolibet hūore. Aut illđ dixit: qꝛ colera nō sic vadit ad chistim fellis: qn cū ipsa vadat aliquid vnctuosum sanguineum: vt dicūt. ratione cuius reddit̃ proportionalis chisti. Et ex illo nutritur chistis. licȝ natura ordinauerit alias vias ad deferendum nutrimentum chisti propter

illud esse valde modicum.

Conclusiones de colera preter naturam.

¶ Deinde ponem⁹ aliq̃s ꝯclusiões nõ naturalis colere.

¶ Prima cõclusio est. ꝙ colera vitellina hꝫ duplicẽ generationẽ. vnã ꝑ cõmixtionẽ flegmatis. Aliã per adustionẽ colere per quã colera ingrossat ⁊ diuersitatẽ habent adiuicẽ. nã prima cũ sua grossitie hꝫ viscositatẽ 2ª nõ. Silr̃ pma nõ hꝫ colorẽ in rubedine multũ intensuȝ: sed declinat ad quẽdã pallorẽ. Scda aũt habet coloreȝ intensum valde in rubedine: ⁊ ideo queliꝫ dr̃ vitellina ꝑ similitudinem ad diuersos vitellos ouoꝝ: sicut enim vitelli diuersi in colore reperiunt: vt patȝ ad sensum. Quidam enim habent colorẽ valde intẽsum in rubedine: vt sunt etiã recẽtes in cõparatiõe ad antiquos: ⁊ quidam hñt colorem remissum cũ quodã pallore: ⁊ propter hãc talẽ diuersitatẽ in generatiõe hui⁹ colere nõ est cõtradictio in diuersis dictis diuersoꝝ auctoꝝ. Illa tñ q̃ sepius euenit est cola vitellina ꝑ flegmatiꝫ admixtioneȝ: ita ꝑ experiẽtiã videm⁹. vñ Auic. vocat eã notã ⁊ famosã.

¶ 2ª cõclusio est. ꝙ colera prasina ⁊ ginaria seu eruginosa si sumunt ꝓprie ꝓut vere in specie humoꝝ reponunt nõ hñt generatione pma que est cum aliquid de nõ humore fit humor siue naturalis siue innaturalis i stomaco generari. Sed gñationẽ hñt in epate seu in venis. et rõ qꝛ in nullo loco põt tali generatione aliquis hũor generari nisi vbi est virt⁹ generatiua hũoris talis. Nõ aũt est in stomaco ⁊ sunt dicta Auer. 5° colliget.

¶ 3ª cõclusio est. ꝙ sic sumẽdo pdictas coleras ⁊ loquẽdo de gñone 2ª hũoris que est cũ vn⁹ hũor ex alio gñat hũore. Ipse pñt in stomaco gnãri: qꝛ i stõaco põt eẽ mala qualitas ⁊ colera vitellina ad eũ ꝓpulsa que ex pdicta mala qualitate in ginariã vel prasinam cõuertet.

¶ 4ª cõclusio est. ꝙ sumẽdo predictas coleras nõ ꝑ humore ꝓ: sed ꝓut sunt humiditates quedã similes pdictis facte immediate ex cibis ⁊ maxime exñtes i dispõne naturali: ipse nõ hñt gñationẽ nisi in stomaco: ⁊ hoc quia possibile est ꝙ corpori existẽti i dispõne nãli cibaria approximent q̃ ꝓprietatẽ hñt gnãndi talẽ humiditatem: sicut sunt porri cepe: ⁊ silẽs cibi. Si aũt in alio loco fierẽt nõ esset nisi ex distẽperantia mẽbroꝝ cũ transforment in stomaco. Hec cõclusio fuit de mẽte Ga. 12° de ꝯplonib⁹. cũ dixit. Cũq; color hui⁹ colere fuerit silis colori pori nõ gñat nisi in stomaco. ⁊ 2°. ꝓnosticoꝝ ait. Et multotiẽs quidẽ generat hec colera in stomaco ꝓpter cibos de gñe oleꝝ q̃ nõ recipiũt digestionẽ. ⁊ hic expresse illud intellexit. Et subdit. vt sicla cepe porri: ⁊ vlterius subdit illud ꝑ qꝺ cõfirmat aliã ꝯclusionẽ dicens. Et fortasse generat invenis hec colera absq; istis cibis ꝓpter aliquã egritudinẽ ⁊ effundit ad stõacũ ⁊ itestina.

¶ Ex pdictis q̃ saluant diuersa auctoꝝ dicta in quocũq; loco ponant pdicte colere generari. ⁊ hec breuiter ꝺ dicto humore sunt assumpta. Deo gratias ⁊c.

¶ Utrũ melãcolia naturalis sit magis apta multiplicari in epate temperato. Qõ. xxviii.

Opinio.

Sexto queritur. In quo epate melãcolia naturalis sit magis apta multiplicari. ¶ Et apparet ꝙ in epate tẽperato cuȝ ipsa fiat a tẽperato calore: vt vult Auic. Et ꝯ in epate melãcolico appet cũ sit ei magis ꝓportionalis ⁊ cõuenies. ¶ In hoc quesito opinio Dini q̃ est. ꝙ quãtũ est ex parte agentis melãcolia nõ hꝫ multiplicari in alio epate seu corpore q̃ in tẽperato: ⁊ hoc supposito ꝙ sibi offerant cibi proportionati melãcolie. ⁊ ratio est: qꝛ diuersum est valde de melãcolia ex vna parte ⁊ de flegmate ⁊ colera ex parte alia. Nam melãcolia nãlis multiplicationẽ habere nõ põt: nisi a calore qui simul generat sanguinẽ: cũ enim in digestiõe naturali simul tanta idem sit calor in se generatiu⁹ oim humorũ ⁊ in aliis humorib⁹: vtputa in colera ⁊ flegmate assimilatur calor vt per se est generãs ⁊ multiplicãs eos calore naturali: vt cõparationẽ hꝫ ad colerã que naturaliter generat: ⁊ hinc est ꝙ ponit calor generatiuus colere absolute: calor superfluus ⁊ flegmatis diminut⁹: sed melãcolia ex parte agentis: qꝺ ipsam generat nũq̃ põt ꝑ se multiplicari nisi aut a caliditate superflua: aut a frigido superfluo ꝯgelante: talis aũt est innalis: ꝓpter qꝺ naturalis melãcolia solũ hꝫ generationẽ cum sanguine: solũ eniꝫ generat per modũ decoctionis in quo accidit sepatio ꝑ modum residẽtis terrestris ⁊ grossi: talis aũt decoctio est que fit a calore sanguinem generante: ꝓpter qꝺ ideȝ ponitur esse efficiens melãcolie ⁊ sanguinis: sꝫ per accidens melãcolie: per se aũt sanguinis: sicut calor digestiuus per se est efficiens digesti: per accidẽs aũt superflui: qꝛ ergo melancolia naturalis nõ habet alium modũ generationis q̃ cũ sanguine vt separet ab ipso. hinc est ꝙ calor eandẽ hꝫ cõparationẽ ad sanguinẽ ⁊ ad melancoliã. Sed colera ⁊ flegma naturale: qꝛ generationẽ hñt aliter q̃ cũ sanguine ⁊ modus generatiõis eorum assimilatur mõ gñationis coꝝ q̃ñ cum sanguine generant: qꝛ vtrobiq; colera generat vt aliqꝺ spumosum acutum. Flegma vero vt aliq̃d diminutũ. hinc est ꝙ ponit alios agens ipsorum q̃ sanguinis: ⁊ sunt plus apti pdicti humores multiplicari in distẽperato epate q̃ in temperato. ⁊ ꝓpter hãc cãm ponit causa efficiẽs melãcolie esse calor tẽperat⁹: alioꝝ aũt nõ. ⁊ ꝓpter illud qꝺ dictũ est Auic. ponẽs cãm formalẽ melãcolie nõ posuit decoctionem formã ipsius: sicut posuit in aliis qꝛ eius gñatio nõ fit per decoctionẽ sibi propriã: sed propriam sanguini. Alij aũt nõ sic habẽt vt supra: qꝛ melãcolia naturalis nõ habet alium modũ multiplicationis ex agẽte: sꝫ solum ex parte materie. Alij aũt multiplicationẽ ex agente possunt habere. Auicẽ. in aliis nõ ostendit cãm multiplicationis coꝝ: qꝛ erat notũ. in melãcolia aũt posuit. qꝛ nõ erat notuȝ vt ostẽderet ꝙ melãcolia que multiplicationem habet ex agente nõ est naturalis: cũ cã nãlis sit calor tẽperatus: ⁊ ꝙ melancolia nullũ habeat ꝓpriũ modũ decoctionis. sed sola separatione generet. decoctione alterius pꝫ ꝑ Gal. 2°. de virtutib⁹: dicit enim. ꝙ enim sufficiẽter grossum ⁊ terrestre ⁊ finalr̃ effugit trãsmutationẽ que in epate ad seipsum trahit splen. Aliud aũt ꝙ moderate grossum cum decocto iterũ fertur ⁊c. Similiter ꝙ melãcolia multiplicationẽ non habeat in epate melãcolico: ⁊ per consequẽs relinquit ꝙ in tẽperato: vt Auicẽ. declarat illo cap°. Nutriens ⁊c. § illo. Neq; opꝫ vt fiet credulitas ꝙ ois cõplexio ⁊c. vbi vult ꝙ a cõplexiõe frigida ⁊ sicca multiplicet flegma. ¶ Antonius aũt in generatiõe melãcolie cõcordat cũ Dino: sꝫ nõ cõcordet ꝙ ipsa plus habeat generationẽ in epate tẽperato. Dicit eñ ꝙ calor epatis tẽperatus respectu chyli aliquã partẽ ipsius superflue decoquit: ⁊ illa conuertitur in colerã aliquã diminute: ⁊ illa in flegma. Aliquã perfecte: ⁊ illa cõuertitur in sanguinẽ. Nullam aũt partem decoquit que cõuertat in melancoliã: qꝛ nõ decoquit partes chyli: nisi aut diminute: ⁊ tũc fit flegma: ⁊ dicitur diminute decoqui: qꝛ põt per decoctionẽ ꝑfici: ⁊ qꝛ melãcolia nõ põt per decoctionẽ perfici: iõ nõ vocat diminute decocta nec superflue. qꝛ talis est colera: ⁊ iõ melancolia ipsa dicitur magis derelicta esse a decoctione tẽperata: nõ ꝓpterea ex illa aliquaȝ formã acquirẽs ⁊ propterea Auicẽ. ponẽs cãm formalẽ melãcolie non posuit esse aliquã decoctionẽ: sed dixit ꝙ eius cã formalis est fex ypostasis. qꝛ ergo melãcolia erat quid derelictum a decoctione temperata nõ potẽs illam recipere per indispositionem mãe: ideo dixit Auicẽ. ꝙ calor efficiens eius erat calor tẽperatus. ¶ Hec sunt verba in ꝓpa forma istorum duoꝝ virorum que sic punctualr̃ recitauimus qꝛ vbicunq; de hac materia loquũtur hec verba proferunt.

Reprehensio.

¶ Et pro certo mirandũ est de tam magnis phis qualis hi duo fuerũt quõ in re tam vili tam grosse fuerunt offuscati ex leui superficie breuis ꝓpositionis ab Auicẽ. plate: qꝺ in primo dicit Dinus ꝙ melãcolia quãtuȝ est ex parte agentis plus hꝫ multiplicari in epate tẽperato est expsse erroneũ. ⁊ ratio est. qꝛ omnis humor quãtum est de per se hꝫ generari ⁊ multiplicari ab agente sibi simili: sicut est de aliis rebus naturalibus. ergo pl⁹ multiplicat in corpore melãcolico. ¶ Et cõfirmat. quia vt apparuit supra in quodã quesito de flegmate: humores ex vnico cibo nõ generant in diuersis corporib⁹ in determinata ⁊ punctuali quãtite: imo ex multis ptibus chyli: ex quib⁹ in vno epate fiet colera: in alio epate fiet sanguis vel flegma: ⁊ sic ẽt est de melãcolia ergo in illo epate in quo chylus cõuertit multũ ad sanguinẽ modicum conuertetur ad melãcoliam. Illud aũt est in epate tẽperato ⁊ sanguineo: ⁊ manifestũ est ꝙ totum illud ꝓcedit ex parte agentis ⁊ nõ mãe: cum vnicus cibus ponatur omnibus corporib⁹ approximari. cũ ergo nõ mul

tiplicetur plus in distẽperato corpore flegmatico vł co
lerico:relinquif ꝙ in melãcolico. ¶ Et cõfirmaf. ꝛ in ħ
apparebit error in aliis dictis eoꝝ. nã cũ oẽs humores
habeant fieri in vnico epate ꝛ in vnica ĝñatione ab eo-
dẽ calore non põt ꝑdict⁹ calor dici diuersus:nisi ꝓpter
diuersos effect⁹ derelictos in ꝑdicta cõuersione:ſz me-
lãcolia est effect⁹ frigid⁹ ꝛ siccus. ergo dʒ dici generari
ꝛ multiplicari a frigido ꝛ sicco:sicut colera a calido et
sicco:ꝛ similẽ ꝓrecł cõparationẽ debet habere epar ad
eam quã habet in cõparatiõe ad alios. ¶ Et si dicatur
ꝙ melancolia nõ hʒ generationẽ nisi per modum deco-
ctionis:in qua accidit separatio ꝑ modũ residẽtie terre
stris ꝛ grossi:ꝛ ꝙ epar nullã partẽ decoquit que cõuer-
tatur in melancoliã:vt dicit Antonius:ꝛ ꝙ melãcolia ẽ
solum a decoctione temperata derelicta ꝛc. ¶ Ista oia
sunt verba grossissima ꝛ falsa. Nã illud vere est ꝑ deco-
ctionẽ factũ:ꝛ acquisitum: quod vere per decoctionem
acquirit nouã formã substantialem:sed melancolia ve-
re differt spẽ a chylo:ex quo facta est:sicut colera vel q̄-
cunq; alter humor:quãtũcunq; sit res terrestris ꝛ gros
sa:q2 istud nihil ad factũ. an ipsa sit per decoctionẽ acq̄
sita. an ne. immo plus videref de flegmate ꝙ esset quid
derelictũ a decoctione q̄ melãcolia:cũ minus videatur
substãtialiter trãsmutatũ ex chylo q̄ melr̃a. cũ valde l oĩs
bus maiorẽ cũ illo hẽat cõueniẽtiã ꝛ silitudinẽ:qđ ma
nifeste apparet:si oĩa vtriusq; accñtia sensibilia inspi-
ciantur. Et si cõsideras ꝑdictã eorum inlam ipsa ẽ gros
sa ꝛ confusa. ꝛ ex hoc nõ bene intelligibilis. ¶ Qđ autẽ
allegat ex secũdo de ꝟtutib⁹ nõ cõcludit:non eñ vult
Gal. ꝙ ꝑdicta pars grossa effugiat oẽm trãsmutationẽ
sed effugit eã que ad benignũ cõuertit. ꝛ similiter Aui-
cẽ. loquẽs de eius cã formali nõ posuit eã decoctionẽ:
q2 iam dixerat eam fieri a tẽperato calore. Et q2 illđ nõ
erat sic absolute intelligendum:vt apparebit:iđ sic fuit
locutus in eius cã formali. ¶ Cõcludam⁹ ergo conclu — *Firmatio cõclonis.*
sionẽ cõtrariã ɔ⁹ni Dini ꝙ melãcolia hʒ plus multipli-
cari a corꝑe melãcolico quãtũ est de ꝑ se ꝛ ceteris aliis
paribus:q̄ ab aliquo alio corpore. iam enim signa do-
minii melancolici humoris plus apparerẽt in alio cor-
pore:qđ est absurdũ. Similiter etiã plus multiplicaret
in corpore sanguineo qđ nõ est verũ:ꝛ apparet ex dictꝪ
ꝙ cũ idẽ sit calor generatiu⁹ oĩm humoꝝ in generatiõe
simultanea ꝛ vnica ꝙ melãcolia ħm rei veritatẽ dʒ poni
generari a frigido ꝛ sicco:sicut colera a calido ꝛ sicco.
¶ Et apparet ex hoc solutio alteri⁹ q̄siti:qđ cõiter con
sueuit dici. An. s. sit idẽ calor ĝñatiu⁹ oĩm humoꝝ:quia — *Solutio.*
si loquimur de eorum generatione absoluta ꝛ simulta-
nea talis calor est vnus:cũ in vnico epate nõ sit nisi vni
ca cõplexio. ꝛ põt ꝑdicta cõplexio esse tẽperata:ꝛ calida
ꝛ frigida:ꝛ sicca:vel hũida:ſz ꝙ diuersa erit accidet pl⁹
multiplicari vnum humorem alio:iʒ etiam illud possit
ex diuersitate solius materie contingere. Aliter autem
possumus loqui de generatione humoꝝ. ꝛ hoc ħm ꝙ a-
gens humores distincte refertur ad generationẽ vni⁹
ꝛ eius multiplicationẽ in cõparatione ad alios:ꝛ sic ca
lor eos generans necessario est diuersus:flegma enim
multiplicatur in epate frigide ꝛ humide complexionis
melãcolia in frigido ꝛ sicco:ꝛ sic de aliis. Et ħm hũc mo
dũ absolute dicim⁹ ꝙ calor generat suus humorũ est di
uersus:vt quãtũcunq; in epate ꝛ qũocũq; disposito ge
nerentur oẽs hũores:nihilomin⁹ tñ hũores geniti sunt
diuersarũ cõplexionũ ꝛ in corporib⁹ diuersarũ cõplexio
num habẽt diuersimode multiplicari:et ꝙ oẽs hũores
fiant a distemperato calore preter sanguinẽ:vult Gal.
expresse 2°. de virtutib⁹:cũ dicit. Demõstratum aũt est
ab illis viris alterato cibo in venis ab innato calore et
sanguine quidẽ a cõmoderatione que ħm eũ. Alii vero
humores propter immoderationes fientes. ¶ Qđ aũt
allegaf ex Auicẽ. ꝙ melãcolia fit a calore tẽperato a di
uersis diuersimode intelligif:ꝛ illđ tñ qđ magis nobis
placet est ꝙ fit a calore tẽperato cũ latitudine. Naʒ nõ
fit a calore diminuto vt flegma:cũ supra declaratuʒ sit
flegma frigidius esse melãcolia. nõ ergo calor generãs
melancoliã est tñ recedẽs a temperamento in frigido
quãtum generans flegma. ¶ Nec etiã est tãtũ recedẽs
in frigido quãtũ generãs colerã recedit in calido:ꝛ iđ
fit a temperamẽto lato:ꝛ hoc idẽ voluit Cõciliator in
summa suorũ verboꝝ. Modos aũt alios ꝑdictũ expo-
nendi verbum dimittim⁹ gratia breuitatis. ¶ Cũ autẽ
vlterius ex alio verbo Auicẽ. allegaf nõ valet ad ꝓpo-
tum illud enim qđ Auicẽ. dicit veritatẽ hʒ in corꝑe me-
lancolico multũ lapso:quẽadmodũ etiam in senectute
vltima multiplicaf flegma:ꝛ iʒ sit fride ꝛ sicce cõplexio-
nis:ꝛ illud est propter debilitatẽ innati caloris. iʒ cũ cor
pus melancolicũ nõ est multum lapsum vt nõ patiatur
multã ꝟtutis imbecillitatẽ ꝛ caloris inati:tũc plus mul-
tiplicat melr̃cũ hũorẽ alio quolibʒ corꝑe. Deo gratias.
¶ Utrũ habitudo seu cõplexio corꝑis hũoꝝ subtiliũ sit
melior. an que hũoꝝ grossorum. Qõ. xxix.

Eprimo queritur. Que habitudo seu cõple
xio corporis sit melior. an que humoꝝ subti
lium. an que grossoꝝ. ¶ In hoc quesito ad
ꝑñs inueniо rñsionẽ Guilielmi de Brixia q̄
est ꝙ referendo istas cõplexiones seu habi
tudines ad causas exteriores illa q̄ ex humorib⁹ subtili
bus est:est prior vt ad exercitia ꝛ ad labores ꝛ talia hu-
iusmodi. Hoi vero debẽti viuere ociose ꝛ volẽti philoso
phari que humoꝝ subtiliũ est melior: q2 sunt magis ad
intelligendum:ꝛ cõseruantur magis ab egritudinibus
interioribus:ꝛ sunt magis dispositi ad exercitia intelle — *Dictum Senece.*
ctus:iʒ nõ ad corporalia. Nam vt dicit Seneca: Turpe
est sapiẽti fatigari lacertos nec hm̃oi facere:iʒ solũ ex-
ercitari in operib⁹ intellect⁹. ¶ Hec responsio iʒ bonuʒ
habeat intellectũ:nõ tñ explicat qđ opʒ. Dicamus ergo
ꝙ cum cõplexiones ħm denominationẽ ab humoribus
nõ sint:nisi. s. s. colerica calida ꝛ sicca. flegmatica frigi-
da ꝛ humida. Melãcolica frigida ꝛ sicca. Sãguinea ca
lida ꝛ hũida:ꝛ tẽperata:iʒ sit multipliciter aliter varia-
ri cõplexiones. Qđ melior complexio inter oẽs absolu
te loquẽdo est que inter oẽs temperata. Et licet aliqua
illaꝝ in aliquo predictam excedat. Ipsa tamẽ alias q̄s
excedit in omnib⁹:vt bene apparuit super tractatu 2°.
Deinde ħm candẽ regulam melior est sanguinea:et de
his duab⁹ est verũ absolute loquẽdo siue se exponãt oc
cupationibus:siue nõ:ꝛ siue ad intrinsecas:siue ad extrin-
secas referanf causas. ꝛ hoc q2 in his duab⁹ cõplexioni
bus virtutes vndiq; robustiores existũt:ꝛ per cõsequẽs
membra humores ꝛ spũs ꝑfectioris dispositiõis cuʒ ex
alio nõ insurgat robur virtutis:ꝛ iđ he due ceteris aliis
paribus melius resistũt quasi omnibus causis corrum-
pentibus tam intrinsecis q̄ extrinsecis. Et si non omni
bus saltem plurib⁹. ¶ Ex quibus manifeste apparet ꝙ
aliqua cõplexio humoꝝ subtiliũ melius resistit exterio
ribus causis corrũpentibus q̄ ea que grossoꝝ vt sangui
nea vel tẽperata respectu flegmatice vel melãcolice. ꝛ si
militer pʒ ꝙ aliqua cõplexio hũoꝝ grossoꝝ. melius etiã
resistit causis intrinsecis corrũpentibus q̄ que magis
subtiliũ vt sanguinea respectu colerice. que ambo sunt
cõtra superficiẽ verboꝝ opinionis Guilielmi. Inter a-
lias aũt distẽperatas cõplexiones que deterior est abso
lute loquẽdo melancolica q̄ grossorum humoꝝ omnib⁹
aliis existit. ꝛ hoc. q2 minus participat de perfectiõe in-
strumẽti anime ꝛ suis virtutib⁹ deseruienti. Operatur
eñ aĩa calore mediãte:ꝛ iʒ temperato ꝛ ꝓportionato tã
q̄ principali organo:cuius conueniẽs pabulũ est humi
dum vnctuosum:cum debita proportione ad ipsuʒ. Ita
apparet expresse ex verbis ph̄i in libro de iuuẽtute ꝛ se-
nectute. ꝛ de morte ꝛ vita. ꝛ vniuersaliter vbi de hac lo-
quitur mã:iʒ tañ hec oĩb⁹ sit deterior in aliquo:tñ alias
põt excedere:saltẽ si nõ maxime a tẽperamẽto recedat.
hoc eñ propriũ est cuilibʒ tẽperate cõplexioni sane a tem-
peramento non multũ recedẽte. ¶ Sed statim hic hesi
tandũ:q2 hec cõplexio melãcolica saltẽ in cõparatione
ad exteriores causas corrũpẽtes:ꝛ quasi vł̃r videtur eẽ
oĩbus melior. Nã per experiẽtiã videmus rusticos ꝛ la-
boratores magis fortes ad resistendũ oĩb⁹ exteriorib⁹
causis corrũpentib⁹ aliis vñ magis resistunt frigori et
calori oĩbus aliis. Siłr etiã possunt absq; nocumẽto se
exponere ad vehementia exercitia ꝛ rarius etiam aliis
in egritudines incidunt:ꝛ tñ predicta plus videtur abũ
dare in humoribus melãcolicis ꝛ grossis cuʒ plus aliis
vtantur cibis grossis ꝛ melancolicis:vtunf eñ multum
carnib⁹ salit[illegible]:ꝛ caseo:ꝛ pane furfuraceo:ꝛ leguminib⁹ ꝛ
similibus cũ etiã habeãt carnes duras siccas ꝛ terrestres.
¶ Et ꝓpter hoc attentione dignũ ꝙ multa [illegible] ex qui
bus aliquod corpus potest absq; nocumento se expone
re causis

Notabilia.

re causis exterioribꝰ predictis magis alio corpore. Ali
quãdo hoc euenit ex cõsuetudine. nam aliquãdo vnum
corpus debiliꝰ alio propter cõsuetudinẽ alicui cause ex
teriori occurret absqꝫ nocumẽto melius corpore fortio-
ri. Aliquãdo hoc euenit ex aptitudine seu ex quadã na-
turali potentia. quicquid sit modo nõ curamꝰ. sepe enim
aliquod exercitiũ meliꝰ ⁊ faciliꝰ faciet vnum corpꝰ alio
ꝓpter esse magis aptum ad illud. Aliquando hoc eue-
nit ex quadam fortitudine mẽtis ⁊ virilitate anime: sicut
apparet in exercitiis armoꝝ. Aliquando hoc euenit ex
corporis compositione: ⁊ eius densitate: nõ enim composi
tio semper insequitur cõplexionem: sed ⁊ rem diuinã vt
vult Ga. ⁊ est dictũ Aristo. 4°. methauroꝝ. Aliquando
ꝓuenit illud ex bonitate cõplexionis cum fortitudine
mẽbroꝝ radicaliũ: vt ossium neruoꝝ ⁊ alioꝝ. Aliquãdo
ex fortitudine caloris ⁊ grossitie hũoꝝ ⁊ spũum qui non
faciliter resoluuntur. Isti ergo laboratores seu rustica-
ni multas de his causas habent: sunt enim ad predicta
exercitia ⁊ labores cõsueti: habẽt etiã membra radica-
lia robusta carnes. duras ⁊ densas multitudinem calo-
ris: cũ grossitie sanguinis ⁊ spiritꝰ. nec sunt cõplexionis
melancolice. In cõplexiõe enim melãcolica frigida ⁊ sic-
ca vt pꝫ in tegni corpꝰ est gracile sine pilis ad tactũ fri-
gidum: ⁊ similia signa que in predictis laborãtibꝰ nõ re
periuntur: immo sunt calide cõplexiõis pilosi satis car
nosi: ⁊ plerũqꝫ multũ: que crassities mltũ laudatur a Ga. in
cõmento afforis. In exercitãtibus ad summũ ⁊c. ⁊ iõ p̃di
dicti rustici sunt sanguinee cõplexionis vt multũ: sꝫ san
guinem habent grossum: quia cibis vtuntur multũ gros
sis: nec aliter tales possent sustinere labores. Signũ ẽt
ꝙ non sint melãcolice cõplexionis apparet: qꝛ vt multũ
sunt lõgeue vite: qđ euenit a multo calido: ⁊ etiã a mul
titudine humidi ⁊ difficulter resolubilis: ⁊ ideo ꝑ sepe
sunt bonarum cõplexionũ: videmus enim eos habere
venas latas ⁊ magnas ⁊ plenas: qđ non est melancolice
complexionis: sed cõtrarium: ⁊ de his corporibus ma-
xime tenet dictum Guilielmi: ꝙ humoꝝ grossorum cõ-
plexio est melior q̃ que subtiliꝫ si referatur ad exterio
res causas. dictum tamẽ suum nõ condicionatum repu-
gnantiam habebat: vt supra preostensum. Presignata
etiam corpora rarius q̃ pluribus aliis egritudines inci
dunt etiã ab interiori causa: qđ ideo eis euenit: qꝛ ꝑ su-
dorem propter multitudinẽ exercitij ab eis multũ resol
uuntur superfluitates: nec in multis delectationibꝰ cor
poralibus errant: quẽadmodũ corpora delicata in ocio
viuentia: tam propter inopiam rerum: q̃ ꝓpter multitu
dinem occupationis in eorum laboribꝰ. Iꝫ ergo cibariis
non delicatis vtant: sed grossis ꝓpter fortitudinẽ natu
ralium virtutum in eis: ⁊ multitudinẽ exercitij: ⁊ custo-
diam multarum aliaꝝ causarũ nocentium: sic ꝙ illa dis
pẽsant cibari ⁊ bene ꝙ ab egritudinibꝰ ꝯseruant. ¶ Et
ex hoc apparet illud dictũ Guilielmi. s. ꝙ corpora gros-
sorum humoꝝ minus ab egritudinibꝰ interioribꝰ ꝯser
uant q̃ que subtilium absolute. Et vniuersalr veritatẽ
non continet. Illud enim non in quibuscũqꝫ corporibus
grossoꝝ hũoꝝ respectu subtiliũ hꝫ veritatẽ. ¶ Et circa
dicta attende ꝙ lꝫ predicta corpora se habeant: vt pre-
dictũ est: exceduntur tamẽ in bonitate cõplexiõis a tẽpe
rata complexiõe ⁊ a cõplexiõe sanguinea aliqua: q̃ licꝫ
ꝓpter causas dictas absqꝫ nocumẽto nõ possent sic se ex
ponere predictis extrinsecis causis. In multis tamen
predicta excedunt corpora: ⁊ maxime in operibꝰ cogita
tiue virtutis ad quas principalr ordinat humana com-
plexio: ⁊ ꝓpter quarũ perfectionẽ dicitur homo perfe-
ctus. Indigent enim cogitatiue virtutes sanguine ⁊ sub
tili spiritu. ⁊ temperato qui plus est in hominibꝰ delica
te viuentibus: ⁊ ideo molles carne sunt apti mẽte. Mo
tus enim corporales ebullitionẽ generant: ⁊ ex hoc mẽ
tes conturbãt. In quibꝰ etiã virtutes animales sunt be
ne disposite si conuenienti regant regimine. vñ possent ẽt
exterioribus causis ⁊ vehementibꝰ occurrere absqꝫ no-
cumento: si modo cõuenienti illis assuefierent. Qualiter
autem temperata complexio possit ab alio excedi lege
supra tractatu secundo. ¶ Nũc autem restat de colerica
ca ⁊ melancolica complexione dicere que earum sit me

De colerica cõplone

lior. Credimus nos complexionẽ colericã esse meliorẽ
flegmatica ceteris aliis paribus: ⁊ hoc absqꝫ aliquo a-
lio dubio. Nam caliditas plus attinet sanitati q̃ frigi-
ditas: ⁊ per consequẽs bonitati complexionis. Silr cali
ditas est principalior qualitas anime in suis operibꝰ de
seruiens q̃ humiditas. Silr p̃dicta complexio est plus
apta preseruari ab egritudinibꝰ q̃ flegmatica: ⁊ hoc ꝓ-
pter maiorẽ inspirationẽ: ⁊ ꝓpter maiorẽ resolutionem
superfluitatũ. Unde lꝫ sit magis apta cadere in febrem
q̃ flegmatica. Illa tñ in mltas alias: ⁊ ampliꝰ est aptior
ad cadendũ ꝓpter humiditatẽ multã nõ bene posse re-
gi ⁊ gubernari a suo calore: sepe. n. flegmatica cadit in
opilationes: ad quas q̃plurime ⁊ diuerse egritudines
cõsequunt. ¶ Insuper cõplexio colerica est lõgioris vi

Complo longioris vite flegmatica.

te ipsa flegmatica: sicut pꝫ per Aly in tegni. tractatu 2°.
vbi cõplexiões oẽs in longitudine vite disponit ꝑ ordi-
nem. colerica enim corpa cũ veniant versus senectutẽ
meliorant ꝑ sepe et aliq̃tulũ impinguari vidẽtur: ver
sus quã etatem flegmatica deteriorant ampliori extin
ctione ⁊ caloris diminutiõe. lꝫ ergo flegma sit humor
melior ipsa colera: qꝛ est cõuertibile in sanguinẽ: ⁊ cole-
ra est superfluitas sanguinis: tñ colericꝰ est melior fleg
matico: ⁊ silr colerica cõplo melior flatica. Deo gras.

¶ Incipit tractatus quartus qui est de mẽbris.

¶ Utrũ mẽbra nři corporis: ⁊ per ꝯñs cuiuscũqꝫ alterius
alalis specie adinuicẽ differant. Qõ. xxx.

Circa membra pertractantes. pmo q̃rimus
an mẽbra nostri corporis: ⁊ per ꝯsequẽs cu-
iuscũqꝫ alterius animalis specie adinuicẽ
differant. ¶ Apparet enim specie debere ea
differre eorum accidentia intuendo tam ex
qualitatibus q̃ ex modo sube ⁊ diuersitate figurarũ et
operationum ex quibus omnibus arguimus in rebꝰ di
uersarum specierũ esse formas diuersas specie substan-
tiales. ¶ Et oppositum huiꝰ apparet: quia iam corpus
nostrum non videretur esse vnum numero: quod est ab-
surdum. ¶ Ad perfectam lucidationem huius dubij oꝫ
videre qualiter ala nostra omnia informat: cum sit vlti
ma nostra forma substãtialis: ⁊ hic quecũqꝫ anima sit: si
militer etiam siue in nobis sint plures forme substãtia-
les subordinate: siue non. isto clare facto clare patefiet
qđ principaliter queritur. ¶ In hoc autem iaꝫ dixerũt
animã principaliter tanq̃ in subiecto esse in corde. In
aliis autem membris non esse nisi per participationem
pro quanto cordi sunt ordinata ⁊ participãt instrumen-
to ꝙ est spiritꝰ veniẽs a corde omnibus membris eis ab
illo in quo subiectiue est anima deferens anime pote-
statem. Unde in aliis membris non est per essentiam: sꝫ
solum per suas virtutes: ⁊ videtur aliqualiter simile de
hoc: ⁊ de arte. Ars enim per essentiam: ⁊ vt in subiecto est
in mente artificis. In manu autem ⁊ in aliis instrumen
tis non est nisi organice ⁊ virtualiter: cum per illa exer-
ceat suas operationes: ⁊ videtur hec esse intẽtio ꝑ phi in
libꝰ. de motibus animalium cum ait. Est autem exti-
mandum constare animal: quemadmodum ciuitatem
bene legibus rectam. In ciuitate enim cum semel stabi
litus fuerit ordo nihil opus est separato mõarcha: quẽ
oporteat adesse per singula eorum que fiunt: sed ipsa q
bus facit: que ipsius vt ordinatum est: ⁊ fit hoc post hoc
ꝓpter consuetudinem: in animalibus autem hoc idem
ꝓpter naturam fit: ⁊ ideo quia natum est vnũquodqꝫ sic
cõstantiũ facere propriũ opus: vt nihil opus sit in vno-
quoqꝫ alam esse: sed in quodã principio corporis existẽ-
te ipsa alia quidem viuere eo ꝙ adnata sunt: facere aũt
proprium opus ꝓpter naturã expõsse. si cõsideras in his
verbis illud vult phs qđ dictũ est ad literam hoc idẽ ipi
vident velle extrahere i secũdo de gtibꝰ: ⁊ licꝫ fm alios
illud sit certius. Si enim aliter esset vt dicũt tũc corru-
pta vna parte corporis corrũperet pars ale. Silr tũc vir
tus auditiua esset in oculo ⁊ virtus visiua eẽt in aure q̃
vident absurda. ¶ Scđm hãc opinionem statim pꝫ: qđ
respõdẽdũ ad pncipale qsitũ: qꝛ pꝫ ꝯclusio affirmatiua
s. ꝙ mẽbra adinuicẽ differãt specie cũ sint diuersis for-
mis substãtialibus informata.

¶ Alia est opinio que imponit Platoni ⁊ a quibusdaꝫ

Tres sũt ale in corpore nr̃o.

Gal. ꝙ in nobis sunt tres ale distincte loco ⁊ subiecto et
cuiuslibet vnius sedes est vnum mẽbrorum pncipaliũ
post quã nõ imus ad phs: ne in supfluo extẽdat sermo.
¶ Dicamus ergo nos sufficienter alaꝫ informare ola mẽ
bra: ⁊ quãtũ ad hoc ola mẽbra q̃tũcũqꝫ vilia equaliter
participare alam: sicut qđcũqꝫ membrũ nobilius. ⁊ hoc

veritaté hz siue in nobis sit solū vna aīa seu multiplex.
Omne eñ mēbrū eadem anima z oi aīa est substantiali
ter informatū:q2 aliud informatū est:qd sic declaratur
nam omne qd vnū ens numero q̄tūcūq3 plures habeat
partes nō est vnum:nisi per vnitatē forme:sed corp⁹ no
strū tale est.ergo.sed clarū est q̄ talis forma nō potest
esse nisi aīa:cum ipsa sit vltima forma existēs in aīali:z
vbicūq3 est vltima:est etiā aīa. Qd aūt alia mēbra sint
substantialiter:aīa informata:z nō solum corpus appa
ret:q2 in eis sunt operationes anime. Silr q2 in eis sūt
virtutes anime:sed virtus anime:vt infra apparebit.nō
est res distincta ab aīa. Si etiam sit res distincta nō po
test ab anima separari sic q̄ sit in corpore nō animato.
Spūs autem influens nō ponitur esse aīatus:cū ergo p
illos mēbra nō sint animata:iam sibi non aderūt anime
virtutes.hoc etiam cōfirmāt omnes expiētie de sensa-
tionibus z delectatiōibus z dolorosis. ¶ Ex quib⁹ sta
tim appet respōsio ad principale questitū:q2 cōclusio ne
gatiua est vera.s.q̄ mēbra corporis nostri nō drant spē
adinuicē:z hoc q2 sunt partes vnius totius cōtinui na-
turalis equalr vnita sub aīi forma vltima informāte:vt
iam ex dictis apparuit. Et q2 ista inq̄sitio quantum ad
multa que in ea incidunt declarabit in tractatu de ṽtu
tibus:ideo amplius hic sermo nō extēdit. ¶ Ad dcm āt
phi qd allegat in de cā motus aīalium. Dōm illud non
debere intelligi quātum ad essentiam aīe:quoniā eque
liter vt dictū est:ē in oib⁹ ptib⁹ corporis:sed illd debere
intelligi quo ad principatū. Intēdit eñ ex illa silitudi-
ne ostendere ordinē mēbrorū z cōnexionē eorū ad vnū
principium interea:vt bene apparebit in sequenti que-
sito:nec aliud voluit.l scdo seu l 3° de ptib⁹. ¶ Ad illud
aūt qd vlterius dicit q̄ tunc corrupta vna pte corporis
corrūperet vna pars aīe. Dicēdum sm diuersos modos
inferius cū de virtutib⁹ disputabimus ponēdos. Nam
si quis teneat aīam brutorū esse extensam ad extensio-
nem sue mãe:necessario hz tenere q̄ corrupta vna par-
te corporis corrūpat pars aīe:que illā ptē informabat:
est hoc incōueniēs plusq̄ de aliis formis nālibus mali-
bus. De intellectiua aūt nō est sic:q2 ipsa nō est tota in
toto:z ps in pte:sed tota in toto:z tota in qualibet pte.
Nec est mãe coextensa:z ideo ad corruptionem manus
vel pedis:nō ppter hoc ipsa corrūpitur:sed nō infomat
tūc illam predictā partem mãe quā prius informabat:
nec ppterea trāsit de parte mãe ad ptē mãe:q2 in omni
pte in qua est prius existebat. Et silr respōdendū est de
aīa sensitiua si est idē cū intellectiua si q̄s illud teneat.
Et silr respōderent multi de aīa brutorū qui tenēt pdi-
ctā aīam etiā indiuisibilē existere:z totā esse in toto:z to
tam in qualibz pte:sz illa magis in sequēti tractatu sūt
pqrēda. ¶ Ad illud aūt qd vlteri⁹ dr q̄ tūc virt⁹ visiua
esset in aure z auditiua in oculo. Dōm illud esse verū q2
aīa que videt est in oculo:imo etiā est informās totum
corpus:cū nō sit nisi vna aīa sensitiua. Sz an illud iudi
cium sit vel fiat in vna pte corporis determinata z vbi:z
quo restat determinare in sequēti tractatu cū de virtu-
tibus pqrem⁹. ¶ Ad illud aūt qd adducit l pncipali q̄si
to q̄ mēbra debēt spē differre. Dōz illud nō pcedere:q2
tanta diuersitas requirit in organis ppter pfectionez
aīe in organis debētis multū varias opationes exerce
re.q2 tñ oia sunt ptes integrātes vnū totū vnius substā
tifice forme. Iccirco oia ɔueniunt specie zc.

¹

Essentia aīe eq̄lis i oibus corporis ptibus est.

¶ Utrum membra principalia sint plura vel vnum tan
tum.

Qō.xxxi.

Ecūdo queritur. An plura sint principalia mēbra vel vnū tm̄. Quia istud questitū iam multū a doctorib⁹ est reiteratū. Iccirco in ipso breuiter trāsiemus. Ponitur etiā a medicis z mltū antiquis phis platonicis q̄ q̄-
tuor sunt pncipalia mēbra:z etiā in aliqua virtute aliqd
ipsorū sit pncipalius ol aliis:vt cerebrū in virtute sensi
tiua z volūtarie motiua. Epar in nutri°. Testiculi l ge
neratiua. Et cor in vitali:nō tñ sunt testiculi mēbra sic
pncipalia vt alia tria:q2 nō sunt necessarij ad esse indi-
uidui:sz ad eē spēi. L 3 g apud medicos vnū istorū mēbro
rum sit aliis nobilius:in diuersis tñ ṽtutib⁹ equalr obti
nent pncipatū. Unñ cerebrū sic est in aīali ṽtute pncipa-
le membrū:q̄ a nullo alio est ipsaz suscipiēs:sz ipsaz cor
di tribuit:z etiā aliis:vnde a corde nō recipit nisi mām

Cerebrū et epar a corde māz suscipiūt suorū spirituum.

q2 spūs qui virtute cerebri efficitur aīalis:nec est in hoc
deseruiēs cordi:sed principale:z sm hoc videtur q̄ spūs
subalr in cerebro transubstantiet:z silr est de epate i ṽir
tute nāli:z de corde l vitali:z testiculis in gnātiua:z iō
apud eos nō est ponere membrū tribuēs virtutez z non
suscipiēs:sed qdcūq3 z q̄tūcūq3 pncipale est tribuēs et
suscipiēs. ¶ Ad hoc aūt ponenduz fuerunt moti:q2 di-
uerse virtutes indigent tēperamentis multū diuersis:z
maxime virtutes que ab inuicē genere differunt. Predi
cta aūt tēperamēta diuersa nō potuerūt simul in vnico
mēbro existere:quare oportuit diuersa esse mēbra diuer
simode ɔplexionata:quorū vnū ppter tpamētū qd est in
eo esset minera z principale subm vnius ṽtutis sic q̄ nō
alterius:z aliud alterius:z sic quot erāt virtutes in gñe
tot esse eque principalia membra. ¶ Ad hoc idem moti
sunt experientiis:nā per experientiam pz lesionē eueni
re in diuersis virtutib⁹ seu in earū opatiōib⁹ ppter lesio
nem z alterationem euenientem in diuersis mēbris prin
cipalibus. Uidemus eñ opatiōes extimatiue imagina
tiue z aliarū cognitiuarū ṽtutū cāri ex lesione cerebri.z
nō leso cerebro illas non ledi:z sic de aliis. Et est via q̄
Ga. arguebat ɔ Archigenē 3° de interiorib⁹ cū dicebat
se nescire:quare Archigenes ponebat emplm capiti et
nō pectori:imo poti⁹ erat pectori apponēdū si illic erat
pncipale subm virtutis:cui⁹ opatio lesa apparebat. Unñ
ex hac simili expiētia:ipsi etiā diuersas partes cerebri
assignāt tanq̄ subiecto ppria virtutib⁹ diuersis cogni-
tiuis intrinsecis. ¶ Contrarium hui⁹ opiniōis senserūt
quasi oēs doctores:posuerūt eñ cor esse pmū pncipale
z pncipalius omni alio mēbro:z hoc nō solū in vnico ṽ-
tute:sz in oibus virtutib⁹ aīe:vnde in virtute sensitiua
pncipale mēbrum est cor z nō cerebrum. Et silr in nutri
tiua z nō epar:z sic in gñatiua z nō testiculi:z iō vt dixit
pnceps phs. Mēbrum tribuēs z nō suscipiēs est cor:q2
ipsum est oim virtutū prima radix z oib⁹ aliis mēbris
suas tribuit virtutes qbus nutriuntur z viuunt z quib⁹
comprehendūt:z quibus mouent. Apud ergo ipsos ab-
solute z pprie pncipale mēbrum solū est vnum.s.cor:q2
tamē aīa suis virtutibus erat pncipiū multarū opatio-
num:que nō poterant oēs distincte per cor solū exerce-
ri:indiguit ad hoc multis aliis mēbris adnatis cordi:z
sibi deseruiētibus:inter que aliq̄ respectu aliorū dicunt
pncipalia:vt epar z cerebrū:q2 sunt principaliter in di-
uersis virtutib⁹ cordi deseruientia:spūs enim qui a cor
de pcedit in se habēs omnes virtutes anime:vt possit
in operatiōes earū distinctas indiget dearticulationib⁹
quas in pdictis mēbris recipit:vt veniēs ad particula-
ria mēbra sit eis debitum organū in opatiōib⁹ exequen
dis. Et lz etiā aliqualem dearticulationē in particula-
ribus mēbris recipiat:vñ cum eis est appropriatus spi-
ritus vnius mēbri nō esset aptū instrumentum alteri mē-
bro:z ideo apud istos spiritus cordis in cerebro z epate
z sic in testiculis nō acq̄rit nouam virtutē:vt substātialr
trāsmutet:sed solum vna alteratione alteratur:qui post
modum viniens ad mēbra dearticulat spiritū venientē
a corde per arterias ad sic opandum:omnis enim ope-
ratio pncipaliter pcedit a spiritu pueniēte p arterias
a corde:sed ab aliis spiritibus tanq̄ ab agētibus dear-
ticulantibus predictum spiritum absq3 quib⁹ nō pōt in
operatiōes particulares exire. Et lz hic aliqd aliud hō
posset imaginari:saltē de aīalibus operatiōib⁹:qd mō
dimittimus. ¶ Ex quibus statim pz quō pōt esse cōcor
dia inter medicos z phos:nam medici suas ppositiōes
assumunt multum ex sensatis:quia operationes pdicta
rum virtutum:maxime in predictis mēbris cordi deser
uientibus manifestantur. iccirco pdicta pncipalia po-
suerūt:z ppter illud illis mēbris remedia administrāt:
lz etiā sepe sit necessariū cordi illa administrare:nā cuz
spiritus cerebri sit prius spiritus cordis cū cor sit bene
dispositum est magna cā bene disponēdi cerebrū. ¶ Il-
lam aūt opinionē phi multis viis psuadent s.q̄ cor sit p
mū pncipiū nō solū vite sed etiā aīalis virtutis z sic alia
rum:pmo quia cor est pn^m pmū caloris z spiritus cū quo
pncipaliter ois virtus opatur:silr etiā pn^m pmum san-
guinis cū sit in eo:sicut in fonte z lacuna. ¶ Silr illud
qd est primum principium vite est principium primum
sensus. Nā sensum insequit vegetatiuū. ¶ Amplius q2
cor est mēbrum illud qd primo viuit z vltimo moritur:et

Dē membrū q̄tūcūq3 pncipale ē tribuēs z suscipiens.

mēbrū tribuens z nō suscipiēs.

cōcordia inter medicos et phos.

2

ideo in omni virtute ex nullo alio depēdet: ⁊ per consequens alia ab eo. ¶ Amplius cor est illud mēbrū a quo omnis calor oritur: ⁊ ad qđ omnis calor vltimate reuertitur: ⁊ hoc apparet manifeste in accidentibus aīe. Aliud autē manifestū signum est dominij ⁊ principatus in oī virtute: cum quelibet operet̄ cum calore. ¶ Amplius ꝙ cerebrum nō sit primum principium sensus: ⁊ per consequens sit cor: patet quia nullum insensibile est principium sensus: sed tale est cerebrum.

¶ Sed vnum dubiū est ī dictis pħi: q: si cor sentit ⁊ nutritur ⁊ generatur ⁊ viuit ante factionē cerebri ⁊ epatis quō illud sit cum ab illis nō sint facta tunc predicta temperamenta in corde. ¶ Huic est duplex modus respōdēdi. vnus ꝙ cor est prima radix omnium virtutum: ⁊ est sibi sufficiens in omnibus suis operationibus absq; alio requisito ab alio membro: ⁊ ꝫ hoc non possit in omnib⁹ aliis membris. Sed esset tunc dubium quomodo operatio sensus potest fieri in corde alio temperamēto dato spiritui a cerebro: ⁊ in omni alio membro sentiente necessarium est temperamentum predictum.

Cor oim virtutu radix prima.

¶ Alius modus respōdendi est. ꝙ a cerebro ad cor veniūt nerui qui portant ad cor spiritum temperatum et non dicitur propterea cor recipere virtutem: cum iā dictum sit predictum spiritum non recipere in cerebro nisi quādam alterationem per quā nō est principaliter faciens operationem sensitiuam: sed est modificans ⁊ cōtrahens spiritum cordis ad predictam operationem a quo principaliter fit operatio ꝑdicta. Potest autē cor facere ante generationem cerebri ꝑpter generās quod in eo generat vel causat ⁊ conseruat saluum ⁊ sic dispositum: sicut est post spiritus cerebri cum spiritus iā formatus est. deseruit enim cordi ipsum generans vsq; ad formationem ipsius cerebri.

¶ Nos autē licet credamus intellectum vtriusq; opinionis posse saluari: credimus tamē in multis iam dictis aliter ꝑferendum sermonem: q: sm̄ superficiem verborum in eis responsio caderet. Supposito enim sicut inferius apparebit: ꝙ virtutes anime nō distinguātur ab anima vel saltem ꝙ nō sit dispositio corporalis: ⁊ supposito ꝙ spiritus qui a corde ꝓgreditur non sit animatus: vt cōmuniter tenetur: non est verū dicere ꝙ cor sit plus principium virtutis anime q̄ alia membra. Similiter non est verum ꝙ cor transmittat virtutem sensitiuam cerebro: immo nec alicui membro illam transmittit: quod clare patet ex antecedente quesito. Similiter etiam si quis teneret ꝙ sensitiua aīa et aīa intellectiua non distinguantur vl' saltem: ꝙ sensitiua etiam in brutis est tota in toto: ⁊ tota ī qualibꝫ parte vt multi tenēt ⁊ licet sit forma corruptibilis ad corruptionem sui subiecti haberet dicere ꝙ primum sensitiuum ꝓ primo subiecto in quo fiunt sensationes non est plus cor q̄ aliqđ aliud membrum: quia tunc predicte sensatiōes nō sunt nec fiunt plus in corde q̄ in pede: vel q̄ in alio membro sed hec est materia inferius reseruanda: ⁊ de predictis sensationibus tractatum faciemus. ¶ Propter hoc attentione dignum ꝙ membrum principatū sortitur in corpore: ꝑpter deseruire anime in ꝑparando ei instrumentum conueniens ad operationes exequendas ipsi⁹ ex quo etiam causatur membrorū adinuicem debita colligantia et dependentia vnius ab alio: et non econtra. ¶ Et ex hoc insurgit ꝑoritas ⁊ posterioritas in mēbro. Quia ergo anima suas operationes ꝑncipaliter operatur mediāte calore. Inter omnia autem que sunt in nostro corpore spūs est calidior: immo alia eius participatione sunt calida. Ideirco cum nullū h⁹ spūs sit mēbrū factiuū de nouo: nisi cor ꝑpter hoc inter oīa cor obtinet ꝑncipatū: ⁊ oīa dicuntur cordi adnata: me^{te} enim instru ꝑdicti caloris ⁊ spūs vita cōseruatur in mēbris ⁊ ex hoc accidit in oib⁹ actionibus perturbātibus aīam ꝑdictam calorem reuocari ad cor tanq̄ ad fontē gn̄ationis ⁊ cōseruationis ipsius. Spūs ergo quia est aīe ꝑncipale instrumētum pōt quodāmō dici virtualr aīatus: quēadmodū in instro artificis relucet virtus illius: cū artifex suā exequat̄ virtutē illo instro me^{te}: ⁊ quantū ad hoc cor pōt dici omnibus aliis mēbris tribuēs: ⁊ a nullo suscipiens. Quārūcunq; etsi quis opinetur ab epate ad cor spiritū naturalem transmitti: vel a cerebro ad cor transmitti spiritum animalem: nullus tamē spūs trāsmittitur: q: spiritus nō fuerit a corde genitus: ⁊ ꝫ in alio membro fuerit transmutatus: ⁊ hoc siue sb̄aliter: siue accidentaliter quōcūq; sit: hoc aūt nullū aliud hꝫ membrum: cum nullum ꝑter cor sit spūs factiuum de nouo: vt ꝑdictum est: ⁊ ꝑpter hāc causam pħi in omni virtute posuerūt cor ꝑncipalius omni alio. Silr etiā sm̄ hunc modum cerebrū in virtute sensitiua ⁊ voluntarie motiua ponitur ꝑncipale membrū: nō quia aliis membris influat sensitiuam virtutem. Sed quia in eo modificat̄ organum. i. spūs: ⁊ fit habile instrumētū anime ꝓ operationibus dictarū virtutum in membris: quā modificationem tribuit sibi cor ⁊ hoc siue. In alio textu. Sꝫ quia in eis influit organum temperatū ⁊ modificatū in cerebro: cum quo membra sensitiua sentiūt ꝙ tēperatū sibi nō tribuat cor: ⁊ hoc siue ꝑdicta trāsmutatio sit in sb̄a spūs: siue nō.

¶ Et tunc hic posset esse duplex imaginatio. vna ꝙ spiritus cerebri est organum deseruiens virtuti sentiendi ⁊ volūtarie motiue: sic. s. ꝙ in hac opōne exequēda nihil operatur spiritus cordis: vt si ꝑ possibili vita ⁊ perduratio aīe in membro sentiēte posset fieri absq; spiritu cordis nō est ꝑdictus spūs necessarius ꝓ operatiōe sensus quia illa pōt adimpleri per solū spūm cerebri: ⁊ sꝫ hoc cerebrū esset in virtutiue sensitiua ꝑncipalius membrū corde: quia tūc cor ꝑparet solū cerebro māīm: ex quo spiritus nō hꝫ in se virtutes: ⁊ in cerebro sit eius aptitudo vt exerceat ꝑdictas operationes: ꝫ alia via cor sit ꝑncipalius: q: est illius spūs de nouo factiuū ⁊ non cerebrū.

Imaginatiões cerebri.

¶ Alia imagiatio pōt esse: ꝙ operatio sensitiua nō fiat solū me^{te} spiritu cerebri: sed ꝙ fiat me^{te} spiritu cordis ꝑ arterias ad mēbra dilati: ita ꝙ spūs cordis sit sicut vniuersale instrm̄ in omni opatione exercēda: ⁊ q: operatiōes indigent diuersis tēperamētis: indiget ad illas exequēdum diuersis a^{ie}tibus particularibus ipsum cōtrahētibus ad opatiōes diuersas: ⁊ in operationib⁹ sensitiuis ipsum contrahens est spūs veniēs a cerebro: quēadmodum apparet etiā de agente vniuersali qđ non agit nisi simul particularibus agentib⁹ cōcurrentib⁹: ⁊ sm̄ hoc cor ꝑncipatum obtinet magis cerebro: cū sit factiuū cerebri spūs: ⁊ spiritus etiā ab eo factus imme^{te} vadēs ad mēbra sit ꝑncipale organū: vel saltem sit principale: vt spiritus cerebri: sm̄ quā viā etiā cerebrū sit temperatiuū: quēadmodū etiā particulare agens obtinet ꝑncipatū in effectu simul cū vli agendo: ꝫ principalitas sit diuersa. ¶ Propter qđ attentiōe dignū ꝙ temperamentum cōplexionis: qđ hꝫ cerebrū: vt sic disponat spm̄: vn̄ principatum sortit ⁊ similiter epar nō recipit a corde: sꝫ a generante: sed etiam ex toto in conseruari depēdet ex corde: nisi ꝓ q̄to depēdet ex cōseruatione vite ab ipso corde: sed illud maxime habet ex sua cōplexiōe innata: qđ persepe experientia notificat: videmus enim sepe scpi⁹ in egritudinibus prauis interficiētib⁹ vehemēter alterantibus cor in quib⁹ omnia signa sup cor signantia attestantur eius vehemētē maliciā ⁊ tn̄ videmus operationes a cerebro dependentes multū firmas ⁊ solidas vt apparet in ethicis ⁊ ptysicis: q: quasi vsq; ad punctū mortis habēt virtutes oēs cognitiuas satis bene dispositas: hoc aūt nō est ob aliud. nisi q: illud temperamētum complexionis: quo me^{te} fiunt opatiōes sensitiue: multum dependet ex cerebro: ⁊ in hoc cerebrū nō oīno depēdet ex corde: sed modo ꝑdicto: vt ꝫ cerebrū sit tunc iuxta mortem quia statim morietur hō quis tn̄ illud temperamentum quo stat sensus non est ꝑprie temperamentum quo stat vita: nō tn̄ sunt ꝑdicte operationes leīe: ꝑpter quā cām ponunt medici cerebrū principiū sensitiuarum operationum: quia plus videt̄ tēperamētum organi q̄ me^{te} ille exercentur esse a cerebro q̄ a corde: ⁊ ꝫ non negent ꝑncipatum cordis in illis iam dictis: ex quo sermo cuiuslibet potest verificari ad intellectū bonum: in arte tn̄ medicine: vt dicit Haly. melior ē sententia Ga. q̄ Ar. quoniam vt dicit sententia Arist. facit medicos errare: in operationibus enim est sententia Galie. tenēda. In epate autem respectu cordis aliqualis eēt sermo diuersus quē ꝑpter breuitatē inferius reseruauimus. ¶ Si quis aūt vellet iuxta ꝑdictum modū imaginari omnē opationem fieri me^{te} spiritu cordis: vt ex hoc cor maius tēperamētum haberet: posset dicere ꝙ spiritus veniēs a cerebro nō est: vt eo me^{te} mēbrū opationē simul efficiat cum spiritu cordis: sꝫ solū venit: vt cōtēperet spiritū cor

alis quo me^te fit operatio: et videt esse intentio Auerro. 2° colliget. Cū loquitur in sensu tactus de neruo et carne: ita q instrū immediate virtuti deseruiēs in qlibȝ opōne est spūs cordis solus. Appet ergo membrū nō esse pncipale: qr in eo sit pncipalr anima: vel quia aliis virtutes aie pncipaliter attribuat: sed qr est factiuū instrumēti aie in suis operatiōib^us deseruiēti: et illud mēbris trāsmittit quapropter sup illa obtinet pncipatū: et appet ex dictis cor sup oia mēbra l corpe mal^us dñiuȝ obtiere. deo grās.

¶ Utrū mēbra aliqua sint habentia virtutem innatam tantum. Q̄ō.xxxii.

3

Tertio queritur. An sint aliqua mēbra habētia virtutem innatā tm̄: et apparet q nō quia tūc illud membrū esset sibi sufficiens nō reqrens sibi influxū a mēbro principali qd̄ ē absurdum. ¶ Oppositum vult Ga. in tegni: et primo de interioribus circa finē: in qb^us locis nāles virtutes appellat inatas. Aiales aūt aliūde veniētes. ¶ In hoc quesito fuit opinio Haly. in tegni. tractatu 2°. vbi dicit q ideo virtutes in mēbris que Gali. numerauit q̄ dicuntur regere seipsa: sicut sunt cartilago et os et ligamenta et caro mollis et pinguedo et caro simplex: dicunt virtutes inate: quia nō cōtinuat cū eis arteria q̄ det eis a corde: nec vena q̄ det eis ab epate: nec neru^us q̄ det eis a cerebro: et iō medicus ponit ea innatas: lȝ nō sint qr medicus iudicat: qd̄ apparet sensui. ¶ Sed p certo hic modus nō est verus: vt ipsemet asserit: nec est a medico ponēdus: cam ponat medic^us ab epate ad totū pcedere nutrimentū: et spiritū nālem. Silr etiā a corde spm̄ vitalem nec aliqd̄ mēbrū posse viuere absq̄ ptinuo influxu a mēbris pncipalibus vt patuit in añti quesito: et patet expsse p Ga. In de interioribus: pmo: vbi de hac loquitur materia. ¶ Ali^us est mod^us plusq̄ pmēti sup vbo Ga. dicēs q virtus nutritiua nō ēst magis inata vel naturalis ossi: vel cuilibȝ alteri membro q sensibilis et motiua musculo: nec vniuersaliter aliqua ex vegetatiuis dr naturalis: quia alr inascat q̄ ille. Sȝ dicunt nāles: aut qr sui sponte opantur ad similitudinē nature: aut qr sunt vtutes nō nisi parū eleuate sup qualitates elemētares: quarū opatio nālis ē: aut qr qualit^us illis vt instrīs vtunt nec sensibilis et motiua dicunt aiales. qr magis sint ab aia q̄ ille: sȝ dicunt animales ab aiali: qr sunt dfia ptitutiua aialis: vel pncipiū dñe et l solis aialibus sunt. Et ibi impugnat Ga. de his q̄ in hoc dicit pmo de interioribus: vt appebit vlteri^us: vn̄ dicit plusq̄ p^tor. hec ergo videtur circa hāc materiam esse veritas: si tanto lȝ medico contraire. ¶ Sed si consideras totū qd̄ ipse dicit est qr virtutes nāles mēbrorū cū sint vtutes aie appellant naturales: sȝ nō assignat modū fm quē et quare Gallenus mēbra pdicta vtutes habētia dixit ea habere pdictas vtutes inatas tm̄: et impugnauit Ga. hic: si Gallenus vellet mēbra in pdictis vtutib^us pncipalib^us nō dependere: nec influxum reqrere: qd̄ tn̄ de Ga. nō cogitarem: vt dcm̄ est. ētē Haly. qd̄ ēt Auicē. expsse voluit. ois q̄dē medicus in qn̄tū medicus dȝ credere cū dixit loquēs de vtute nāli ex his. Sȝ deberet credere q hec vtus ad ipm̄ nō pfluit: nisi ab epate: nā si inter ea via clauderet et os nutrimētum aptū haberet eius actio in ipso. i. l nutrimēto destrueret: queādmodū fit in sensu et motu: cuȝ neruus q̄ puenit a cerebro strigit: virtus vo illa ossi nālis facta est: dū eius pmāserit cōplo: qd̄ idē voluit Gal. pmo de interiorib^us: sȝ ipse nō psiderauit pfunde intellectum Gal. sed nimis supficietenus. ¶ Cōciliator vo in annexo dñe 38. distinguit. q triplr est habere vtutē inatā: qr aut aliqd̄ hȝ vtutē inatā solū. i. cōditā nālem: put eius pn^m est magis intrinsecū vic vni adherēs apō: et sic nālis dicta mēbra pdiuisa aialib^us: quorū actus exordiū a foris maxie hñt virtutē inatā solū. Alr dr membrum habere vtutē inatā tm̄ et sibi sufficiētem: qr nullo simpliciter egēs ab eodē nequaq̄ suscipiat absolute. Uerū tamē suā inatā vtutē ceteris per modū primi inuiuersi cōtribuat quale cor fm Arist. extat. sn̄iam exquisitā. Tertio dr vtutem inataȝ tm̄ possidere: qr talr sibi l suo gñotionis exordio inditū: et sic cū mēbrū pncipale pus vtutē suscipiat et vltimo ab eo recedat: vnde pp̄ter hoc dcm̄ 2° de gñatione formā epatis pexistere in corde fm hoc nullū mēbrorū a corde virtutem habebit inatā: cum oia videant ab eo: vtcūq̄ dependere: et etiā apparet in de interioribus tertio. et illud dicit esse verū et certum: vt appatērius imagines de pter massa gñonis spermatica placente prium vnaqueq̄ suscipit fere simul qd̄ suuȝ nō sic inuicem vni^us: ant susceptōe quadā: vt prius et ita extimauit sensibilius pactā virtutē inatā tm̄ obtinere cum etiam in plura ipsorū nō perceperit arteriā, venam aut neruū deferri: ceu os cartilago cū ligamento monstrant et pinguis. fuit igr̄ sermo Gal. Pulcher et appens Ar. vero pfundior existens: et subdit in quadā instātia quā facit nō recepisse ad pncipalib^us pp̄ter acqrere l nātiuitate: qr in principio vt tactuȝ receperūt ipsorū pductiones: verū pp̄ter pseruationē innatitatis prius fuste tate seu apud in de interiorib^us. et subdit q similiter Auicē. inquiens: si clauderet via inter epar et os: et illud hret nutrimentum aptum eius actio destrueret in ipso: hoc enī non tollit inatitatē: verum ipsius cōseruatiōnē magis: qd̄ etiā iam concessit Ga. ¶ Si consideras verba hui^us viri aliquādo videt velle illud idem qd̄ dixit Haly. et vltimo vr concludere: q nālia mēbra differūt ab animalibus: qr ea que solum habent naturales virtutes in principio generationis ipsorū eas acquisiuerunt: nec principalibus mēbris vel ipsorū influxu idigēt vt eis pdictas largiantur virtutes: sed solum vt eis conseruentur: sed membra habentia virtutes animales pricipalibus mēbris indigent et eorum influxu vt ab eis predictas virtutes recipiant. Si quis vellet hūc sermonē glosare quē hic vir profert posset habere intellectum bonum: mȝ sic prolatus non est verus: nam vt patuit supra in antecedenti quesito omnia membra a principio generatiōis suas habuerunt virtutes: nec aliunde eis aduenerunt: et hoc est verum tam de virtutibus naturalibus q̄ de animalibus. Similiter etiam vt patuit quodlibet membrū ad conseruationem anime. et cuiuscūq̄ virtutis in eo: siue sit animalis: siue naturalis indiget influxu a principalibus membris: quia predicta differentia illorum membrorum adinuicem non videtur esse sufficiens. Similr etiam virtutes naturales non plus fuerūt a principio iusite membris q̄ animales: quia in predictis membris eadem mensura fuerunt et ab eodem agente precipue. ¶ Antonius de Parma in suis verbis illud idem videtur voluisse qd̄ Conciliator vltimo in suis verbis expssit. s. q predicte virtutes naturales sunt in eis innate: qr sunt in eis intrinsece a principio generationis nō indigentes nisi conseruatione per influxum a principalibus et ideo a mēbris nō possunt separari manēte membris sed animales possunt illo manente. ¶ Nos aūt innitentes mēti. Gal. de interioribus pmo. et Auicē. in vbo pallegato huic quesito satisfaciem^us: iuxta modū datum de principalib^us mēbris et mō cōcedēdi virtutes iā in añti quesito pp̄ter qd̄ attētione dignū q queādmodū apparebit inferius virtutes nō distinguūtur ab aia: et iō virtutes non appellantur diuerse vel plures nisi fm q aia diuersis generibus comparat operationū quas fm diuersa instrumēta ei deseruientia operatur. et ideo virtutem esse innatā vel influētem nō est ex parte essentie virtutis. qd̄ idem est qd̄ anima quoniam fm hūc modū vt declaratum fuit omnia membra equalr eam habent nec ab vno influitur super aliud. Et similiter fȝ hūc modum membra habentia virtutem innatam tm̄ depēdēt a membris principalibus in conseruatione virtutis eorum sicut membra habētia virtutem animalem seu influentem virtutem. et hoc qr vniuersaliter in nullo membro conseruatur anima nisi me^te influxu a principalib^us mēbris. Si ergo aliqua virtus anime dicatur membris esse inata et aliquis influens non est nisi sumendo virtutem pro instrumento necessario requisito ad deseruiendum aie in tali vel in tali opōne cui instrō et opōni cum aia opat sortit appellationē talis vel talis vtutis vt clare inferius appebit. Et fm hūc modū vtutes nāles merito dicunt mēbris inate et aiales influētes. qm̄ pplexio deseruiēs aie in opōnib^us nālib^us est mēbris intrinseca: et ppria ipsorū mixtiōe. est enī dispositio ppria pparādo et insequēs ipsorū formā subalē qre nō poterit ab eis remoueri absq̄ eorū corruptiōe. nec principalib^us indigēt nisi ad pseruationem. vt iesse pdurēt. Propter qd̄ Ga. ipsa assimilauit virtuti magnetis. et dicit q non indiguissent arteria nec vena si eorum subā fuisset indeficiens et qd̄ idem voluit Auic. cum dixit. virtus vero illis ossi naturalis

Medic^us iudicat q apet sensui.

ab epate pceditnutrimētum et spūs nālis ad totum.

Quare et motiua dicant aialis.

Cōciliator.

Gal. fm apparēs Arist. vo pfundior exñs.

Oia mēbra a pn^o gñatiōis suas habuerūt vtutes neq̄ aliūde aduenīunt.

Uirtutis nō distinguunt ab aia.

talis est facta dum eius permāserit complexio: et ex isto accidit: vt dicit Gal. q actio naturalis mēbri non patit nisi ipsum patiat. Diversum autem multum est ab hoc de membro habente virtutem influentem seu animalē: quoniam complexio requisita ad animalem operationem non est dispositio preparās seu insequens necessario formā substantialem mēbri: et ideo potest a mēbro absq eius lesione separari. vt in somno et a principalib⁹ mēbris eis advenit: cū illa eam admittunt: ppter quod Ga. illam virtutem assimilavit splendori venienti a sole: et dixit q plurimum predicta mēbra sunt sana et ipsorum actio patitur: et q̄tūcūq pdicta cōplexio ex principiis generationis a gñante fiat in mēbro: qr ipsa nō est necessaria in cōstitutione essentie mēbri: et potest absq lesione a mēbro cessare: et de novo a principali sibi trāsmitti ipsa influens: et non innata: naturalis autē mēbra ab operatione natural. e virtutis ex toto cessare nō pñt cum virt⁹ nutritiva semper sit i actu secūdo: vt vult Auerroys 2° de anima: a qua si cessent procul dubio declinant in viam corruptionis: hoc autem, vt dictū est: evenit ex complexione eis deserviente que necessario eorū substantificam formam insequitur etc.

¶ Utrum mēbra corporis nostri, in suis cōplexionibus adinvicem sibi contraresistant. Questio.xxiiii.

Opinio gētilis.

Quarto queritur. An mēbra corporis nostri in suis cōplexionibus adinvicem sibi cōtraresistant. ¶ In hoc quesito est opinio Gentilis de Fulgineo in tractatu quē de hoc cōstruxit: in quo verborū longitudinē posuit q plurimum tediosam. Et primo premittit vnam distinctionem cōplexionis: q in membris nostris invenit triplex cōplexio: vna est cōplexio dicta innata seu potētialis vel nālis: per quā mēbra adinvicem multū differūt.

Triplex cōplo.

Alia est cōplexio actualis seu formalis que est qualitas que imprimitur in cōsimilia mēbra a caliditate actuali sanguinis et spiritus a principibus venientis: q̄ caliditas actuat illā innatā. Tertia cōplexio nō videt esse aliud q̄ caliditas in sanguine et spiritu data a corde diversimode participata mēbris ppter magis vel minus appropinquare ad cor. Quo pmisso dicit q cum medici dicant cor vel cerebrū sibi invicē cōoperari vel alia mēbra adinvicē resistere: aut etiā in tertio intelligūt ista membra in dispōne latitudinis sanitatis stantis sub cōplexione vel cōplexionibus per calorē actualem: quo hñt 2ᵐ et tertiā cōplexionem: et ideo loquunt de his vt participant triplici cōplexione. et distinguit de cōtraopari vel resistere: qr aut talis resistētia est positiva: vt cū vnū ab alio abiicit vel remittit vel intelligit privative: qr qualitas potētialis iduci in vno vel possibilis intēdi ppter alterius membri pñtiā nō inducat vel intēdat: et talē vocat resistētiā pvativā seu cōparativā. et ponit exempla q̄ dimittim⁹: qr clara sunt.

Conclōnes.

¶ His pmissis ipse in quesito isto ponit quattuor cōclusiones. ¶ Prima est: q per⁹ cōsimiles nostri corporis sibiinvicē positive nō cōtraoperant. ¶ 2ᵃ cōclusio est. q mēbra principalia non contraoperant adinvicē positive pmutādo determinatos modos cōplexionū suarū inductarū in instanti generationis. ¶ 3ᵃ cōclusio. q pricule tam cōsimiles q̄ organice sibi invicē cōtraoperantes resistūt pvative. ¶ 4ᵃ est. q membra pncipalia. s. cor et epar super toto sibi invicē non cōtraoperant positive: sed privative vel cōparative.

¶ Primā cōclusionē pbat. p° auctoritate Gal. in lib° d' malicia cōplexionis diverse: vbi ponit: q mēbra cōsimilia q̄vis sint diversa: nō tñ agūt adinvicē. ¶ Amplius tunc talia mēbra haberēt semp malā cōplexionē diversam. ¶ Amplius tūc nā in principio generationis frustra induxisset illam qualitatē quā adinvicē corrūpunt. ¶ Amplius sicut se non refragūt in duritie et mollitie: ita stāt in cōcordia: ita nec in aliis. ¶ Amplius pdicta actio vł aliquando quiesceret vel semp pcederet vsq ad mortē si primo mō igr̄ qua rōne remanēt tūc in cōcordia: eadē ratione potuerunt in principio generationis produci. ¶ Non pōt dici 2ᵐ. qr illa actio esset frustra. scdo qr tūc caro aliqñdo erit ifrigidata corrupta ab osse et ossa a carne: et dicit in pdicta cōne q pdicta mēbra se nō alterāt tali alteratione: ex qua mēbrū consimile ducatur ad medium generis vel spēi: vel ad contrariū respectu medii: vel ad gradū alium specificū: et dicit hoc ppter mēbris recedentia a medio spēi q̄ in eadem qualitate sunt multorum graduū: vt caro calida respectu carnis tēperate ē diversorū graduū sensibiliū sm diversas carnes: et ideo vniversaliter ex tali alteratione nō inducitur vel abiicitur gradus sensibilis qualitatis: et subdit vlteri⁹ q lz b' sit vt dictū est: nihilominus omnes modi complexionū illorū mēbrorū habent latitudinem in qua quotidie pñt permutari modo versus vnum extremum: modo versus aliud illius latitudinis: sicut quotidie evenit sm somnum et vigiliam et evacuationem et repletionem: sed fatuum esset vocare tales modos mutationum contraresistentias.

¶ Secūda conclusio est: vt eam transumit q principalia membra, nō cōtraresistunt sibi invicem sive nō contra operantur resistentia positiva qua qualitates cōplexionales in seipsis existentes corrūpant temperiem inducendo: sive ad contrarium suū sensibilem partem cōplexionis corrumpēdo vel inducēdo: sed in suis complexionibus latis sic continue remanent associata: et hoc qualitercunq predicta membra sint. temperata vel distēperata. ¶ Hec cōclusio potest probari: vt antecedens et alleget q est de mēte Ga 8°. de vtilitate particularum. 3° cap°. et adducit ibi plures rationes cōtra Aristo. ad probandum q cerebrum nō infrigidat ipsum cor. Similiter hoc idem probat Gentilis de epate et corde: qr si talis alteratio esset plus fieret inter cor et epar temperatū q̄ inter cor frigidum et epar calidū: qr illa duo plus cōtrariātur: et cū magis distent. ¶ Amplius tūc epar frigidū nūq̄ staret cum corde calido: qr si in aliqua mēsura temporis corrūpat aliquā mensuram frigoris: in duplo illius temporis corrūpet duplum illius: et sic epar fiet cōplexionis calide. ¶ Amplius cor frigidum plus cōoperaretur epati frigido et temperato q̄ epati calido: cū magis illi opponatur. ¶ Ampli⁹ cor calidū magnifice resistit et permutat epar frigiduz. ergo multomagis pmutabit epar temperatum versus calidum.

¶ Tertia cōclusio est. q membra principalia sibi invicem contraresistunt resistētia privativa: sive comparativa: et idem est de mēbris cōsilib⁹ adinvicem que pbat qr illa mēbra sibi invicem resistunt privative que generata in suis cōplexionibus cōtrariis prohibent sese adinvicem labi et distēperari ad vlteriorem gradū qualitatis: et sic se hñt pdicta mēbra: et hoc ipse nō pbat. nisi quodā extēso rationativo sermōe. Nā nisi esset refrenatio cordis a cerebro fieret in corde incēdiū et distēperies et pl⁹ phibet cor incēdi a cerebro frido q̄ a tēperato vł calo. Et sīr ē d' epate et corde: et i aliis multa verba extēdit.

¶ Quartam cōnem ipse disputat et dicit iā se tenuisse cōtrariū. s. q pdicta mēbra sibi invicē cōresisterēt in habitu rotius positive nihilomin⁹ tñ tenet q non: sed solū sibi resistūt privative: et hoc in dispōne sanitatis: et hoc ipse probat: qr calor missus ad cutim et ad musculos a corde cōparatur calori misso ab epate: sicut forma et perfectio: q̄re nō sese trāsmutāt: nec sese corrumpunt: sed perficiunt: ańa est Auerroys 2° colliget. et pbat etiā. qr sicut calor quē dat cor epati est sicut pfectio sibi: ita etiā qđ dat cor aliis membris cōparat vt perfectio ei qđ aliis mēbris dat epar: et tūc vehementer ratiocinādo extendit sermonem: et in summa vult q si a corde ad mēbra transmittit sanguis et spiritus colericus et sanguior spiritus flegmaticus ab epate ille remanet i suo gradu et iste in suo: nec se alterant: sed vnum comparatur alteri: vt perfectio: et postmodum prosequitur tractando sermones Galie. de contraresistentiis eparis et cordis. et ea que ibi a doctoribus tractantur: hec est summa sententia huius viri: lz superflue se extendat.

¶ Nos autez multa de his dictis credimus esse minus q̄ bene dicta: et primo ostendimus q tam membra consimilia q̄ organica principalia seu nō principalia adinvicem cōoperant: cōopantia positive: et sese alterare positive possunt sensibili gradu: et similiter in toto: qđ directe est cōtra suas tres conclusiones. ¶ Primo sic. et psuppono q sicut complexio totius potest permutari nālis: ita cōplexio vnius mēbri nālis possit trāsmutari non trāsmutata complexione alterius. hec pz: qr vni mēbro pñt approximari ea que complexionem eius pmutabunt: et alteri non: vel potuerūt etiā tunc approximari sibi ea q̄ non permutant eius complexionem permutari. ¶ Se

Presuppositiões

cando presuppono ꝙ nutrimētum potest multū altera-
re mēbrum in qḋ conuertitur: lꝫ finaliter a membro trāſ
formetur ⁊ vincatur: hoc probat Gal. 6°. de accidenti ⁊
morbo: in quo etiam addunt exempla multa: tūc pono
ꝙ vnū corpꝰ sit a principio gñonis in oībus mēbris prin-
cipalibus complexionis frigide ⁊ permutetur in epate
⁊ corde ad complexionem calidam nō permutato in ce-
rebro: tunc nulli dubium ꝙ spiritus cordis ⁊ epatis et
sanguis qui modo vadit ad cerebꝝ frigidū valde diuer
simode disponit cerebrum ⁊ multum sensibiliter ⁊ ma-
nifesto gradu q̄ faceret spiritus ⁊ sanguis vadens cum
predicta erant complexionis frigide: cum ista sint mul
tum distantia: ⁊ pꝫ per scḋam suppositionem ꝙ sanguis
qui tunc cōuertetur in cerebrum valde cum diuersimo
de alterabit ⁊ clarum est ꝙ tale corpus est sanum. Silr
etiam non apparet ꝙ si predicta membra silr disposita
a principio generationis: ꝙ silr non debeāt se alterare
cum sint in similibus dispositionibus: cōtraria. n. nō solū
se alterant: qꝛ sint in tali vel tali tempore genita: sed qꝛ
sunt in tali vel tali dispositione ⁊ gradu. ❡ Et cōfirma
tur. nam vt ponit Auic. capꝰ. de complexionibus. calidi
tas maior q̄ debet reddit corpus siccius q̄ oportet: et
frigiditas humidius: ⁊ siccitas frigidius: ⁊ similr hu-
miditas ⁊ clarum est ꝙ hoc gradu manifesto ⁊ sensibili
membra in dispositione sanitatis se possunt adinuicem
positiue alterare: ⁊ ꝓbatur. qꝛ qualitas actiua nō soluꝫ
agit in subm in quo est: sed etiā in subo alio ei approxīa
to: immo vt plus ⁊ apud plurimos est necesse ꝙ agens ⁊
patiens sint distincta loco ⁊ subo. si ergo aliquod mem
brum est calidius q̄ opꝫ ⁊ sanū: qꝛ pōt esse tale respectu
temperamēti predicta qualitas non solum reddet illud
siccius: sed etiam poterit hoc facere in mēbro cui appro
ximatur: siue imediate: siue ad illud aliquid trāſmitten
do: ⁊ per ꝯñs illud positiue poterit alterare. ❡ Et cōfir
matur. nam per experientiam videmus aliquos homi-
nes ex principio gñationis cōtrahere dispositionē sin-
gularem in aliquo mēbrorum: ⁊ maxime principaliū cū
bona dispositione aliorum ex qua in processu temporis
quasi euitari nō potest: quin ipse cadat in egritudinem
aliquam: vt aliqui in lepram: aliqui in febres terianas
aliqui in ptysim: ⁊ sic de multis aliis. Sed nulli dubiuꝫ
ꝙ ex quo dispō alicuꝰ mēbri pōt tāta alteratiōe altera
re totū: ꝙ ēt in latitudine sanitatis poterit diuersimo-
de ⁊ sensibilr: seu gdu manifesto diuersa mēbra posiꝰe
diuersimode alterare. ❡ Amplius nulli duᵐ ꝙ mēbra
in latitudine sanitatis stantia possunt effici ⁊ debiliora
⁊ fortiora: sed claꝝ est ꝙ ꝫm hoc mēbra diuersimode se
manifeste habent in aggregādo superfluitates vel in ex
pellendo ad aliud ꝫm ꝙ vnū manifestissime aliud pote-
rit alterare semꝑ ipsis sanis permanētibꝰ: ⁊ similiter ēt
a generationis principio poterūt taliter in coꝝ virtuti
bus disproportionalr esse genita in expellendo ⁊ aggre
gando coꝝ superflua qḋ in processu tēporis vnū vehe-
menter aliud alterabit. Conditiones enim mēbrorum
⁊ ꝓportiones coꝝ adinuicem ex ṗncipiis cōtracte mul-
ta de causis possunt multiplr variari. ❡ Amplius in ho
mine calide ꝯplexionis ⁊ robusto si fiat abscissio testicu
lorum multū manifeste permutanᷣ membra: ⁊ totum si-
militer in coꝝ ꝯplonibꝰ: qḋ q̄re eueniat inferꝰ apparebit.
q̄ silr: ⁊ lꝫ forte nō ꝛṁ: si alicꝫ infans in toto generetᷣ ca-
lide ⁊ robuste cōplonis ⁊ generetᷣ absq̧ testiculis: qꝛ illḋ
est possibile cum nō sint necessarij ad esse indiuidui: ⁊ a-
lis in processu temporis ex similibꝰ causis illi i suis mē-
bris ⁊ in toto vehemēter positiue alterabitᷣ ergo ꝯditio
vel dispō in vno est cā alterationis positiue in alio: ⁊ ꝑ
ꝯñs se positiue alterare possunt. ❡ Amplꝰ in hoie tem
peratio de scḋo mō eq̄litatis seruatᷣ ꝓportio per decur-
sum etatum mēbroꝝ frigidoꝝ ⁊ calidoꝝ adinuicē: plus-
q̄ possibile sit in aliquo corpore. ❡ In hoc eñ approxi-
quat plus equalitati pōderis in qua penitus nulla fie-
ret alteratio. Vñ Auic. dicebat de ṗdicta ꝯplone: cū q̄
pōderabunᷣ ⁊ equabunᷣ erit vicinus eq̄litati. certe q̄ ꝑ
eandem rōneꝫ in corꝑe multū receᵗ a ṗdicta tēperie: vt
in quo mēbra calida multo plus cēnt fridis: ⁊ multo plꝰ
recederis in calore q̄ illa i frigore vel cō talis ꝓportio
mēbroꝝ frigidoꝝ ⁊ calidoꝝ in decursu tēporis dꝫ mani-
feste ꝑmutari: ⁊ per ꝯñs mēbra sese positiue alterabūt.
❡ Amplius ea q̄ a mēbris ṗncipalibꝰ aliis trāſmittunᷣ

graduali in diuersis mēbris diuersimode alteranᷣ: q̄ ⁊
ipsa phāt etiā alia mēbra alterare. Dicamus q̄ cōclusio-
nē ꝯtrariā talibꝰ suis ꝯꝰnibꝰ: ⁊ ē ꝙ mēbra nostri corꝑis
inter se ⁊ super toto phāt sibi inuicē ꝯpari seu ꝯresistere
seu se alterare positiue. sumēdo positiue. sumēdo positi
ue alterare: put ipse in suis sumit sermonibꝰ: ⁊ ad istud
ꝓbādū sufficiāt rōnes iā adducte. ❡ Et aūcēde ꝙ ex ista
ꝯꝰne nō remouetᷣ: quin mēbra possint eē ꝯtraꝝ ꝯplonū:
tā i gñe: q̄ ēt i spē: ⁊ ꝑ totā vitā ramaneāt ꝯtra: vt cor in
gñe cordiū erit calidū ⁊ cerebrū erit frigidū: ⁊ ꝑ decur
sum etatū ṗdictū corpꝰ hēbit semꝑ cor calm ⁊ cerebꝝ fri
dū: ṗdicta. n. ꝯꝰ posita ē de poss. Quapꝑ ambo ista duo
dcā stāt sit ꝑꝑ varias ⁊ diuersas ꝯplicatiōes mēbroꝝ ad
inuicē i diuersis gdibꝰ ꝯtrarietatis ꝫm qs phāt diuersi-
mode se alterare ⁊ sibi iuicē resistere q̄s ꝯplicatiōes ꝑ te
facilr poteris ꝯphēdere si ꝯsideras. ❡ Illḋ aūt qḋ iste vir
dꝛ i ꝯꝰne alia ꝙ illa mēbra sibi iuicē ꝯpanᷣ ⁊ resistūt pri
uatiue vt minus q̄ bñ dictū: qm̄ si sic esset iā cū cerebro
frigido cor secū ꝯplicatū eēt minꝰ calidū q̄ si cerebrum
eēt calidū: qḋ ipse asserit: ⁊ isto mō h est vnꝰ modus ṗuatiue
resistētie: ſꝫ h̄ est falsum: qꝛ cor calm reptᷣ aliqñ in hoie
fridioris cerebri ⁊ pōt eē cor multū calm ⁊ cerebꝝ mul-
tum fridū: vt ipsemet asserit q̄ ex fridtate cerebri nullo
mō ṗuatᷣ ascēsio caliditatis in corde. Et si dicatᷣ: vt ipse
dꝛ ꝙ absolute oē cerebꝝ resistit cordi tali resistētia: sed
in latitudine cerebroꝝ vnū plus altero resistit certe pri-
mū dcm̄ est ad placitū: cor eñ nō fuit talis gradus calo
ris: ⁊ si alteriꝰ: qꝛ cerebꝝ creatū fuit talis: ſꝫ iō illḋ fuit:
qꝛ sic regrebat aialis nā: potuisset eñ nā ꝫm exigentiaꝫ
finis: ⁊ ꝯtrūcꝫ cerebꝝ ē i aiali nō extitisset necessariū
nō igꝛ aial indiguit mēbris calidis ⁊ frigidis ṗncipalr
vt sibi adinuicē ꝯtraoperarenᷣ ⁊ resisterent ſꝫ qꝛ talis con
stitutio necessaria erat i opōnibꝰ exequēdis ipsius: ⁊ qꝛ
talis dispōnis erat mā ex qua ipsū gignitᷣ. ❡ Amplꝰ si
appeat cerebro calefacto cor calefieri: vt in alienatis et
silibus certe hoc est: qꝛ tūc cerebrū alterat vere cor ipm̄
calefaciendo. Iste eñ vir negauit supra in questio de ca
lore pueri ⁊ iuuenis ꝙ nihil potest ie ab intrinseco auge
re in calore. ergo calefacto cerebro apud eum non pos-
set cor calefieri nec incēdi nisi ab aliq̄ extrinseco calefie
ret: ⁊ lꝫ apud nos illud sit possibile: vt sibi ostendimꝰ. Si
militer falrē de epate frido ⁊ aliis mēbris apparet ꝙ si
calefiant calefacto cerebro hoc nō est: quia cerebrū illis
priuatiue resistat: sed qꝛ vere positiue tunc ea calefacit.
❡ Scḋm dictum apparet nō verum ꝓpter illud qḋ dcm̄
fuit ꝙ quelibꝫ ꝯtrietas mēbroꝝ est adinuicem apud euꝫ
cōplicabilis ⁊ ꝯtinue ꝑdurabilis: ⁊ in vnoquoq̧ gradu
contrarietatis sint in latitudine sanitatis. Quo autem
hec membra singulariter adinuicē sibi cōtra resistāt cō-
parando vnū alteri disputabimꝰ inferius: cum singula-
riter de his queremus membris: vbi apparebit qualis et
q̄ sit resistētia ṗuatiua. ❡ Ea aūt qbꝰ h vir nititᷣ firmare
suas cōclusiōes nō cōcludūt. Ad illud enim qḋ ce Gal.
adducit in lib. de malicia ꝯplexionis ꝙ mēbra ꝯsimilia
se nō alterant q̄uis sint in diuersis cōplexionibꝰ. dōm.
ꝙ intelligit de alteratione lesiua seu dolorosa: ⁊ hoc qꝛ
talis est parua in paruo tꝑe ⁊ si possit in longo tꝑe esse
magna est multū paulatine ⁊ nō egritudinalis. ❡ Et ꝓ
pter hoc 2ᵐ inductum non valet: qꝛ tunc mēbra semper
haberent maliciam cōplexionis. ❡ Et qḋ 3ᵒ dicitᷣ tūc ta
lis qualitas fuisset frustra nō cōcludit: tūc enim omnis
qualitas que per decursum etatū in nobis ꝑmutatᷣ fuis-
set frustra. Impossibile enim est membra se adinuicem
nō alterare: sed aliquando plus possunt se adinuicē trāſ
mutare aliquādo minus. ❡ Et qḋ dicitᷣ q̄rto nō tenet: qꝛ
ꝑ illas qualitates mēbra nō se alterant: sed per qualita
tes primas. Silr etiā in predictis possunt se alterare: et
lꝫ nō sic manifeste. ❡ Et tunc qḋ vlterius dꝛ ꝙ tunc ta-
lis actio: vel aliquando desceret vel semꝑ ꝓcederet. dōꝫ
ꝙ potest semper procedere: ⁊ aliquādo vsq̧ ad manife-
stam trāſmutationem: ⁊ aliquādo nō se manifeste trāſ-
mutabūt: ⁊ hoc fuit positū in ꝯꝰne nostra si eam conside
ras. Et ideo ex principio gñatiōis mēbra possunt eē in
tali dispōne creata ꝙ in ꝓcessu se manifeste in suis lati
tudinibꝰ cōplexionū nō trāſmutabunt: ⁊ aliquando ta-
liter erunt disposita ꝙ se positiue ⁊ manifeste in ꝓcessu
tēporis poterunt trāſmutare: ⁊ hoc ꝫm diuersas disposi
tiones in quibꝰ poterūt gñari. ❡ Quod autem ad pro-

De caliditate erga corpus.

Experiētia

Cerebrum an resistat cordi.

dandum scdam 9clusionē adducit nō valet. ⁊ pmo quid Gal. velit. S° devtilitate patebit inferi°: cū querem° de cerebro. ¶ Quod aūt scdo adducit q̄ plus se alteraret cor temperatū ⁊ epar temperatū q̄ epar calidū ⁊ cor frigidū. Ista ratio nō 9cludit 9 eū. q̄ illa duo plus debēt sibi adinuicē priuatiue resistere: per eandē rōnem. Secundo p̄dicta ratio nō 9cludit: nā si cor sit multū frigidū ⁊ epar sit calidū vel temperatū poterit esse q̄ frigidū cor trāsmutabit temperiem epatis seu eius caliditatē: q2 lz cor frigidū sit absolute calidius epate calido: nihilominus epar appellat temperatū vel calidū cū sua innata cōplexione actuata per influentē a spū cordis: ⁊ tō si spūs cordis deueniens ad epar sit frigidus respectu temperati spūs non ponet in epate calorez quem dz ponere vt epar sit calidū: ⁊ ideo nō reddet spm sic calm: vñ epar gñabit sanguinē minus calm: ⁊ sic pdet de calore ⁊ posset tm̄ sic alterari q̄ epar gradu manifesto efficeret minus calm. Silr si epar sit calidū trāsmittit ad cor sanguinē calidiorem q̄ citius ⁊ facilius inflāmat: ⁊ in spūs calidiores conuertit: vnde poterit cor ad calidiorē gradum conuerti: epar aūt temperatū ⁊ cor temperatū 9portionantur: put operibus est exigituz. ¶ Et ideo ad intellectū dictorū attende. q̄ membra se alterant: aliqñ positiue alteratione acquisitiua: aliqñ alteratione deperditiua seu corruptiua que. acquisitiua posset appellari: cū transiret de vno extremo: vt de caliditate: ad temperatam ad frigidam: licet fm rei veritatem sit solum deperditiua: q2 minus calido. ⁊ vlterius dicitur q̄ tūc cor calidum nūq̄ staret cum epate frigido: ⁊ appet in 9° ne possibilitatem alia que in hoc conclusione. adducit sunt nota per se. ¶ Illud autē qd̄ dicit in tertio 9° ne apparuit supra clarum. ¶ Qd̄ in quarta ponit est pure sermo rethoricus: nec tollitur se hec illo trāsmissa 9cludit trāsmutationē eorum adinuicem: vel q̄ vnum non sit alteri vt perficiens. reliquum vt perfectibile in comparatiōe ad opus exequendum ⁊c.

¶ Utrum pili sint animati. ⁊ vtrū eorū materia sit calida vel frigida. Questio. xxiiii.

Q Uinto queritur. Magis singulariter descēdendo ad mēbra: ⁊ prima inuestigatio est d̄ pilis: cum sint primi insuperficie exteriori. Et primo queritur. An pili sint animati: ⁊ ⁊ apparet q̄ sic qm̄ eorū frequens abscisio per tonsionem est causa maioris augmenti ipsorū: hoc aūt nō videtur esse nisi ex regimine aīe: queadmodū accidit in carne ⁊ in alijs mēbris: in q̄bus natura solita est restaurare cum diminuerit: vt patet invisceribus: que regeneratio non fieret: nisi fuisset abscisio partiū a membro. ergo similiter videtur esse in pilis. assumptū patet per experientiam: ⁊ ita mulieres affirmāt q̄ quāto plus pili tondūtur tāto plus crescunt: vnde si illud qd̄ est abscissum reapponeret inueniretur manifeste lōgius q̄ si tonsio nō fuisset. Amplius illud maxime videtur de pilis supercilioꝝ qui vehemētius alijs ex intentione nāe videtur pduci: vt scdo de cōplexionib°: ⁊ scdo theorice. ¶ In opp^m est Ga. in tegni cum ait. Piloꝝ ⁊ vngulum non est regimē sed generatio sola. ¶ Ad declarationē huius qd̄ queritur opz inuestigare causas generationis pilorum in corpore ⁊ modū generationis. ipsorū: pp qd̄ attentione dignum q̄ sicut aliorū corporum naturaliū gñabilium sunt q̄tuor cause sic ⁊ pilorum: nō autez opz dicere ad presens de forma pili: vt notum est per se: lz d̄ alijs tribus sin quibus: ⁊ in modo generationis pilorū ponemus sniam extractam a Gali. 2° de 9plexionib°. ⁊ ab Haly abate 2° theo^e ⁊ cap° vltimo: ⁊ ab Auic. 2° sen p̄mi. 27ª sen q̄rti. ⁊ in alijs subsequendis de pilis sīd qd̄ phs ait in 2° de portibus: ⁊ in 5°. de generatione: ⁊ q2 de his ipsi multum clare ⁊ extense loquūtur: ⁊ similiter doctores ipsos repertantes. Ideo materiaz istam de pilis tractāteo breuiter assumabimus aliqua singularius 9tractando q̄ ab alijs dictum inueniam. ¶ Materia igr ex q̄ fit pilus est vapor fumosus terrestris. ⁊ grossus adustus a calido nostri corporis ab humiditatib° grossis elevatus: ex quo pz que sit eius efficiens cā: ppter quā pili plus multiplicantur: ⁊ citius. nascuntur in corporib° calidis ⁊ siccis: ⁊ efficiunt in eis pili nigri ⁊ grossi.

Materia ex qua pilus generatur.

¶ Sed iminet dubiuz. An materia ista ex quo fit pilus sit calida vel frigida: q̄ calida patet per Haly aba. secū do theorice. cū dicit q̄ pilus fit ex vapore calido ⁊ sicco. ¶ Amplius quia hec materia plus eleuatur a vaporibus calidis q̄ frigidis. ¶ Amplius quia est materia fumosa ⁊ adusta. ¶ Amplius quia ipsi multiplicant plus in corpore cum ipsum est in etate calidiori. Ex quibus omnibus videtur posse concludi predictam materiam calidam esse. ¶ Et apparet oppositum quia ab Auice. primo primi. capitulo. dico q̄ deus. ponitur pilus. frigidior res que sit in corpore post flegma: dicit eñ frigidior res que sit in corpore est flegma postea pili. ¶ Amplius Auicen. septima sen quarti. primo capitulo. ponit q̄ pilus proprie alimentuz assumat ex materia viscosa: talis autem videtur esse frigida. Argueretur. etiaz similiter ex illo contra aliud dictum q̄ materia pili esset humida ⁊ non sicca adusta. ¶ Amplius saltem illud videtur posse argui de pilis albis: vt in canitie vel in albedine pilorum multa ⁊ mulierum ⁊ corporum frigidorum. ⁊ in ea que fit ex calore cutis: sicut in morphea ⁊ albaras alba: ⁊ videtur etiam predicta materia esse humida ⁊ non sicca adusta vt dictum. ¶ Propter hoc attentione dignum: vt perfectius enucleet q̄lis sit mā pili q̄ a calore resoluēte ad hūidi° corpis multiplices surgūt exalatiōes seu vapores vel fumositates qualitercunq̄ quis nolare velit: surgit eñ vapor aquosus qui de sui natura frigid° est ⁊ humidus: aliqñ calidus ⁊ humidus: qui vel multū subtiliatus ⁊ rarefactus insensibilr resoluitur: vel in humiditatē aquosam 9uertitur: vt pz in sudore: ⁊ hoc cū calor euz nō tātū rarefecerit vel cū frigiduz ei occurens ipsum ingrossauit ⁊ cōdensauit: ⁊ predictus vapor nō ē apta mā pili: cum pilus sit res siccior que sit in corpore: vt vult Auic. Alia exalatio eleuat a corpore fumosa subtilis ⁊ calida que nō est apta cōuerti in piluz: q2 subtilis non est apta cōtineri in poris: vt 9densari possit in pilū: ⁊ q2 pilus est res terrestris ⁊ grossa. Alia superfluitas ēt expellitur ad superficiem corporis que nō sic proprie in modū exalationis insurgit: que est supfluitas grossa lutuosa directe ad modū luti: vt est sordities apparens in superficie nostri corporis: ⁊ hec ēr non est apta materia pili: in ea eñ nō est tenacitas pilo necessaria. Alia ē exalatio grossa terrestris cū aliquali humido vnctuoso ⁊ viscoso admixto: calor enim agēs in predictā mām totum humidū illi° nō 9sumit: sed maxime aquosum: vñ ipsa remanet a predūis sicca terrestris ⁊ grossa: que quidē v̄tute caloris ipsaz eleuantis pueniēs ad cutim extrinsecaz sui grossitie ⁊ frigiditate partiū exterioꝝ ⁊ extrinseci aeris in poris remanet inspissata ⁊ indurata cui similis superueniēs 9tinuatur me^{te} humido vnctuoso in eis existēte iam dicto: ⁊ suo motu priorē partē versus superficiem exteriorem ppellit: ⁊ sic iterato veniens alia exalatio: ex quib° efficitur corpus in lōgum processum: qd̄ ē pilus: ⁊ hāc talem eē mām pili directe asserit Auicē. 7° sen. q̄rti. cap. cuz inq̄t. Capillus nascit ex vapore fumoso: qñ coagulat in poris: ⁊ orit sup eos: ⁊ pprie per illud qd̄ assumit ex alimēto: ⁊ ppe qñ hūiditas corpis viscosa vnctuosa nō aquosa: nec lutuosa: sicut arboꝝ vnctuosarum folia nō cadūt ⁊c. quā quidē intētionē directe habuit Auerroys 2° colliget. Cū videt reph̄endere Galie. lz de Ga. non sit cogitore q̄ intellectuz habuerit sz superficiez verboꝝ quā deph̄endit Auer. Dicit eñ Ga. vt dicit Auerro. q̄ pilus gñat ab vno vapore fumoso adusto: ⁊ dicit reph̄endēdo Ga. piluz fore corpus extensibile siccū ⁊ calidū ē ⁊ superfluitas cibi sicci quādo nimis excoquit durāte in isto pinguedinis admixtiōe: ⁊ 9cludit finalr cōtra Gal. ergo nō est iste vapor: cuius sit aggregatio partis sup partē: sed est corpus cōtinuū fortis 9tinuationis extensiuum crescens in longum: vult igit Auer. reprehēdere si quis ex sermonib° Gal. 9prehēderet piluz esse corpus ex illis vaporib° solum adinuicem accumulatis: ita q̄ p̄dicta materia sic eēt adusta q̄ adinuicem verā ⁊ firmā 9tinuitatem nō haberet: nec vere ⁊ perfecte 9stitueret vnum corpus: imo predicti vapores fiunt vere vnum corpus extensiuum me^{te} humido pingui viscoso ⁊ vnctuoso iaz dicto. Et putādū ē Auer. suam sniam in verbis iam supra allegatis assumpsisse.

Pilus vn de generatur.

¶ Ex his aūt dictis clare pz modus gnōnis piloꝝ: non eñ aliter pōt pilus augmentari q̄ per talem appositionem: nisi quis poneret pilū regi virtutibus anime vt alia mēbra: ita q̄ eius nutrimētum per eum trāsiret ad

singulas partes formales: qd quidem nō posset esse absq; villis z virtutib⁹ q̄renoī ministrātib⁹ nutritiue qd qdē in pilis nō videt verisimile: vt apparebit. z si quis vellet illud proteruire non posset sibi bene ꝯtrariū demonstratiue pbari. ¶ Ibis aūt declarat ia rñdendū ad dubiū cū queritur: an materia ex qua fit pilus sit calida vel frigida ꝙ ipsa cū in pilū conuertitur est frigida z sicca: grossa z terrestris: vt iam pꝫ ex dictis. Et cū dicit Alyabas ꝙ fit pilus ex vapore fumoso calido z sicco intelligit a calido exiccato z adusto. Uñ pp̄ter ꝯsumptionē humidi remanet terrestris z siccus: z ab eo oīs caliditas remouetur: cū in pilū conuertit z inspissat causis supradictis: ꝯplens eius ꝯuersionē predicti vaporis in pilū est frigidū ipm coagulās z inspissans. ¶ Et silr pꝫ qd dicendū ad 2^m z 3^m ꝙ agens generans z pilos efficiens est calor: z pꝫ ꝙ materia ex adustione remanet grossa terrestris z demū cū in pilū conuertit est frigida. ¶ Et p idē appet ad 4^m cū in p̄dicta etate sit agens efficacius ipsorū. Uñ aūt pcedat albedo in pilo si est materia fumosa adusta apparebit in subsequentib⁹ questiōib⁹. Et qd ex eis arguit ꝙ materia ipsoꝝ dꝫ esse humida iam apparet qd dicendū: qꝛ licet in eis sit aliqd humidi vnctuosi z viscosi admixtū: a p̄dicto tamen sunt sicci. Pꝫ ergo q̄ sit materia pilorū: z que sit cā efficiens. ¶ Finalis autē cā vna est omnibus pilis cōis. nā ex eis corpus a superfluitatibus fumosis mūdatur: quemadmodū accidit in terra cū in ea seminant herbe partē nitrosam z amarā z adustam trahentes: z licet non sit attractio in pilis: sicut in herbis que anime virtutū regimen habent. Utilitatem insup hūt suū finē multi pilorū magis spālem: vt pili palpebrarū capitis superciliorū ad decorationē: pili barbe ad venustatē: z hoc clare z particulariter ab auctoribus legas in qbus non expedit sermones ptēdere.

Responsio ad qsitum principale.

¶ Restat rñdere ad p̄ncipale quesitū in quo ponimus ꝯclusionem oībus auctoribus ꝯformē: z lꝫ nō credam⁹ ipsam posse demonstrari: hec que est: ꝙ pili nō sunt animati: hoc p̄mo pꝫ ex modo assignato generationis eoꝝ qui est de mēte oīm auctorū. ¶ Amplius ex pilorū abscisione nō infert pp̄ter eos dolor: nec tristitia: nec nocumentū de quo sit curandū. ergo non sunt aīati. aña pꝫ. ꝯña pbatur. qꝛ ex quacūq; parte seu mēbro illud fiat alterū illoꝝ sensibilr̄ euenit. ¶ Amplius si pili essent aīati: tūc illorū augmentū esset per virtutē augmentatiuā: vt clarū est: sed hoc est absurdū: qꝛ illud qd augetur vere motu augmenti fm oēm differentiam positionis augetur: ita potest haberi primo de gñatione capl'o de augmento. Sed pilus solūmodo fm dimensionē longitudinis augetur. ¶ Et confirmatur hoc. qꝛ augmentum verum fit per rarefactionē que cadit: vel ante appositionem: seu perfectam assimilationē vel post: z hoc fm diuersos modos dicēdi: sed in rarefactiōe res crescit fm omnem dimēsionem: cū ergo pilus nō augmētetur: nisi in lōgū. igit zc. Simil'r in pilis nulla potest recipi villoꝝ cōpositio: qd necessario videt existere in re animata: si saltē ad porositates eius nō eueniant vene nutrimētum portātes: vt pꝫ in ossibus. ¶ Si quis vellet proteruiendo huius oppositū tenere: z ꝙ pili vere attrahunt nutrimentū. Et videt ḧ quasi Auerroys 2° collig. asserere: possꝫ predictis respondere: cum eñi dicit ꝙ ex abscisione eorum zc. dōm ꝙ immo infertur illud nocumētum: cuius oppositū de iuuamēto inferebant: z qꝛ erāt partes multū viles: iccirco nocumētum: qd sequitur ē paucū. ¶ Et cum scdo dicit iaꝫ augerēt per virtutē augmētatiuā zc. illud ꝯcedat: z cū dicit tunc pili augerentur in oēm dimensionē possꝫ p̄mo illud negari. z ꝙ illud solū ꝯpetit toti qd augetur: sed nō cuilibꝫ parti z exēplum videt esse in plantis q̄ quãdoq; in folijs videntur augmētum recipere solum in lōgum z latum: non autem in grossuꝫ seu p̄fundum: vel posset dici ꝙ pilus auget fm omnem dimēsionem: sed fm grossitiem quasi insensibilr̄: z non multum manifeste: z cū dicit augmētuꝫ verum fit per rarefactionem: iam patꝫ hic quid posset dici ꝙ rarefactio in pilo augmētat omneꝫ dimēsionem: sed vnam non manifeste. Scdo posset dici licet proterue ꝙ cum rarefactio nō sit aliud q̄ partes eius: qd rarefactū est plus distare ab inuicē: ꝙ p̄dicta distātia partiū adinuicē posset fieri fm vnā dimensionē nō facta fm aliā: z p certo istud eēt satis difficile sustinere: z posset ꝯteruiēdo dici: ꝙ lꝫ augmentari augmēto vero sit passio corporis animati: nō tñ est passio cuiuslibet partis: z silr multe ꝓpōnes que circa augmēti motū ponunt a pho. cap°. de augmēto. non eēnt vniuersales i qualꝫ parte rei animate. z similr multe ꝓpōnes de nutritiōe. Ista aūt nō sunt bene cōformia phie nãli: lꝫ ꝯtrariū nō possit bene demōstrari. ¶ Qd aūt vltimo dr ꝙ in pilis nō est villoꝝ cōpositio posset negari: lꝫ nō sit sensibilis: appareret ēt ipsos scindi: vt cōfirmāt auctores: silr illud nō vr magis incōueniēs nature q̄ ꝙ pes pulicis vl' aranee villos habeat: q̄ sunt res ita subtilissime: cū tñ p̄dicte partes in illis sint animate: aut posset dici iuxta scdam responsionē datā in antecedēte argumēto. Ista tñ dicta ꝙ pili sint animati nō posuim⁹ assertiue: sꝫ gratia exercitij. ¶ Respondendū ergo ad ea q̄ in p̄ncipio hui⁹ quesiti sunt adducta. Ad p̄mū dicēdū ꝙ illud nō euenit: quia pili sint animati: sed quia cū pilus abscinditur existēs minoris q̄titatis pōt facilius a vaporibus nouiter aduenientibus versus extra ꝓpelli. Similiter etiā cū tondunt vt plurimū lauant z abstergunturr. vnde sunt etiā facilioris impulsionis: z ideo ex alia causa in eis euenit q̄ in membris cum abscindunt. Illud aūt qd scdo ḋ pilis superciliorꝫ allegat: nō ꝓpterea ꝯcludit illos animatos existere. Iam eniꝫ ꝯcessum est aliquos pilos plus in intentione z sollicitudine nature p̄ductos alijs: z cū in eis sit indigentia potior: nō tamen ex illo licꝫ arguere ipsos habere regimen aīe: multa eniꝫ natura in corpe dispensat z generat: q̄ tñ aīam nō participant zc. Deo gratias.

¶ Utruꝫ albedo in pilis fiat a calido diminuto: z nigredo a calido intenso. Questio.xxxv.

Sexto querit. An albedo in pilis fiat a calido diminuto: nigredo a calido intēso. ¶ Qd albedo fiat a calido diminuto apparet i capillis canis. Silr pili albi plus apparēt in corporibus mulieꝝ: z in corporib⁹ flegmaticis: z in pueris. Nigri vero plus in viris: z in corporib⁹ calide ꝯplexionis: z in iuuenibus. ¶ Cōfirmatur. qꝛ vt dictum est ante: pilus fit ex vaporibus fumosis adustis sed quāto res magis aduritur tanto magis denigratur zc. ¶ Oppositum arguitur. nam per experientiam videmus capillos nigros effici albos a caliditate solari z a caliditate ignis: quēadmoduꝫ videmus in istis rusticis z in mulieribus: quasi quotidie ad solem morantib⁹: silr etiā fumus sulfuris dealbat capillos: talis aūt fumus calidus est. ¶ Amplius hūor melācolicus debet esse cā vt pili generent ex eo nigri: talis aūt frigidior ē sanguine ex quo non insurgit capillus sic niger. ¶ Propter declarationeꝫ huius quesiti opꝫ inquirere que z quot sint cause albedinis z nigredinis piloꝝ. Ex his eñi erūt note cause mediorum coloꝝ: hanc eñi mām ꝓlixe tractat phs 5°. de generatiōe. z 3°. de hystorijs. z similr Gal' 3° de cōplexionib⁹: z Auic. 2° sen. p̄mi can. z 2° q̄rti aliqd tangit. cap° de ꝯualescētib⁹. Propter que attentiōe dignissimū ꝙ causa coloris pili: vt ponit ibi phus. aliqñ est ex dispōne cutis: qd plus in alijs euenit aīalib⁹ q̄ in hominibus. z hoc accidit: vt dicit ꝓpter subtilitatē z imbecillitatē cutis hoīs. nā subtilissimā oīm aīalium habet pellem hō: ꝓpter qd nihil pōt ad pilorū permutationē: sed ꝓpter imbecillitateꝫ cutis ipsa ꝑmutat colore: z fit sub sole z spiritibus nigrior. Pili aūt nihil permutātur. In alijs aūt aīalibus pellis hꝫ loci virtutē ꝓpter grossitieꝫ ꝓpter qd pili quidem permutant. fm pelles. Pelles autē nihil fm spūs z solem z ideo in pelle alba pili nascuntur albi. In nigra nigri. licet aūt istud vt plurimuꝫ nō eueniat ex pelle hominis. Aliqñ tñ pōt euenire: qd ideꝫ asserit phs euenire in canitie nō nulli: Unde dic̄. hoīb⁹ aūt nihil. Sed pellis est causa coloris piloꝝ nisi canorum: nō ꝓpter senectuteꝫ: sed eoꝝ qui ꝓpter infirmitateꝫ: in vocata enim alba pelle fiunt pili. si aūt pili fuerint albi nō ꝯsequit pelli albedo. Causa aūt quare pili ex pelle nascunt languente z subtilista pelle: z pilus similr lāguet languor aūt pili canities est. Aliquādo aūt causat albedo in pilis ex defectu innati caloris: quēadmoduꝫ in senectute ex hac causa canities accidit: quēadmoduꝫ eñi dicit phus opꝫ intelligere ꝙ alimentū qd ad vnāquāq; particulam pertingit ꝓpria caliditas digerit: nō potente aūt corrūpitur: z fit orbatio z lāgor: z ideo vt dicit quibuscūq; hoīm natura piloꝝ est pauci caloris z amplius

Pili albi vbi plus appareāt.

Quomodo causat albedo in pilis.

est ingrediēs humiditas ppriā caliditate nō potēte di-
gerere putrefit ab ea que in continente caliditate. Et p
bat phs q̄ predict⁹ vapor pōt putrefieri. nā putrefactio
est aque ⁊ terre ⁊ oīm corporaliū: ppter qd ⁊ terrestris
vaporis: ⁊ appellat p̄dictā putrefactionē elyxis: q̄ idem
est qd ebros. Ebros enim est putrefactio terrestris va-
poris: q̄re in pilis tale existēs alimentū nō dignū putre
fit ⁊ fit vocata canities. Assignat aūt phs cām in p̄dicta
putredine. nam ebros soluū putridoꝝ vt est dicere albuz
est. Cā aūt huius. q2 multū habet aerem. Nam secū mi
scet. Omis enim terrestris vapor virtutē h3 aeris gros
si. Contrariū enim pruine est ebros: et ideo si congelet
ascendēs vapor pruina fit. Si aūt putrefiat ebros. Pro
pter qd ⁊ in superficie sunt ambo. etenim supnatās est:
⁊ declarat phus talem albedinem seu caniciem fieri ex
tali putredine: ⁊ defectu tali. Nam ex languorib⁹ mul-
tis cani nati sunt: posteri⁹ aūt curatis nigrescet vtiq3 ali
quid horū. hoc autē est: q2 in infirmitate totū corpus in
defectu naturalis caloris est: ppter qd indigestio q̄ in
carne canos facit. Curati aūt validi iterū permutant ⁊
fiunt vt ex senibus iuuenes. Propter qd ⁊ passiones si-
mul permutant. Recte aūt habet dicere langorem esse
senectutē acquisitam. Senectutem aūt langorem natu
ralem. faciunt aūt langores aliqui eadem que senectus
⁊ ex eisdem etiam causis efficiuntur multi capilli cani
multis tēporibus iuuentutis: ⁊ aliquā do prius. Et licet
nō habeāt infirmitates manifestas: ex multis causis no
tis fit langor in cuti. vnde langor fit in pilis. ¶ Ex his
aūt dictis patet q eadē est causa canitiei apud Arist.
⁊ Gal. 2° de cōplexionibus: l3 Auic. videat aliqualē no
tare diuersitatē: ⁊ si post dicat q si cōsideraueris duas
dictiones inuenies eas pro certo ppinquas: quoniā cā
in albedine caloris flegmatis. ⁊ causa in albedine ⁊ ka-
turugi est vna. Et dicit Cōciliator q forte ad hoc pdu
xit Auicēnā mendositas arabicaꝝ translationū. Unde
Gal. directe illam spēm putredinis terrestris vaporis
quā phus vocat Elyxis: que idē est qd ebros: Galien⁹
vocauit ad katurugi: ⁊ idem est qd quedam species pu-
tredinis: quā nos influētiā vocamus. Si ergo alicubi
Aristo. dicat caniciem esse cōuersionē ad calorē fleg-
matis. Istud cōcordat cum iam dictis: humiditas enī
cum fit canities ppter defectū inati caloris versus ma
teriā flegmatis indigesti ⁊ putridi cōuertitur. ¶ Inci
pit aūt predicta canities in tymporib⁹ maxie: ⁊ assignat
cām phus: quia posteriora sunt vacua hūiditate: ppter
nō habere cerebrū bregma. Bregma aūt. i. locus fonta
nelle in anteriori capitis multā h3 humiditatē: qd autem
multā habet humiditatē nō facit putrescibile: qui aūt
in tymporibus pili nec sic modicū habent humidū vt
digerent: nec sic multū: vt nō putrescant. Medius enī
existēs locus amboꝝ extra ambas passiōes est. ¶ Ista
cā si cōsideras forte paterēt instantiā: ⁊ etiā alia cā: q̄-
re canities in tymporib⁹ incipit: que est ppter loca illa
esse magis carnosa aliis partibus cutis. In quib⁹ sunt
capilli capitis: ⁊ ideo ibi est hūiditas facili⁹ putrescibi-
lis: ex quo manifeste p3 q cōditio cutis ⁊ partiū sub ea
est cā p̄dicte canitiei. assignat et phs loco p̄allegato: q̄re
alia aīalia i senectute nō canescūt p̄ter equos: ⁊ causas
colorum piloꝝ in aliis aīalibus: que dimittimus ppter
breuitatē. Ab eo ergo lege. ¶ Aliquando cātur albedo
in pilis absq3 omni putredine: cū caliditas eleuās vapo
rem: ex quo fit pilus illum nō pōt multum adurere vel
eius debilitate vel ex resistētia māe ex qua p̄dictus va
por insurgit: cū etiā caliditas cerebri: ⁊ totius corporis
fuerit fortis vt adurat vaporē illū ⁊ fiat fumosus: tunc
capillus efficit niger: ⁊ cū caliditas fuerit debilis vt fit
adustio vaporis ab ea minor: tunc capillus erit attinēs
albedini ⁊ plus ⁊ minus ƀm q in illo pōt diuersificari:
ppter quā cām efficiunt pili albi in mulierib⁹ plus q̄ in
viris: ⁊ frigidis nā ⁊ hūidis: ⁊ pueris plus q̄ in iuuenib⁹:
calor enī in eis multa hūiditate est obtusus. ¶ Aliquā
do et causaret color in capillis albior vel nigrior stante
eodē agente calido ex diuersitate hūoꝝ a qbus surgūt
vapores: vt notū est. ¶ Aliqñ cātur albedo in pilis pp
multā siccitatē in eis causatā: ita ponit Auicē. 2° p̄mi.
quēadmodū cātur albedo in vegetabilib⁹ cū siccant q̄
ex sua nigredine: aut viriditate transeunt ad albedinē.
⁊ hoc quidē nō accidit hoibus nisi in fine egritudinum

Marginalia: In infir. mitatib⁹ qsq3 fiūt cani. — Curati redeūt ni gri. — Concor dia arist. ⁊ Gall. de canitie: l3 Auice. po nat diuer sitatem. — Concilia tor. — Quare ca nities in cipiat in tympori bus.

siccantur: ⁊ hoc idē ipse asserit in fen 2ª quarti. ca° de di-
spōnib⁹ accntibus cōualescentib⁹. cum dicit. Et accidit
eis vt albificent eoꝝ capilli: ppterea q capilli puantur
nutrimēto: ⁊ ppterea q spargit eius hūiditas innata q̄
stat nigredo: sic accidit segetibus q quādo exiccant al-
bescunt postea quādo eoꝝ dispōnes bone fiūt redit ni-
gredo capilloꝝ: sicut iteꝝ accidit segetib⁹ quādo potā
tur aqua: qm̄ tūc redit ipsaꝝ viriditas. Hec Auicen. ibi
ponit ad līam. eadē cā. op3 cogitare capillos dealbari
ppter multā morā in sole vel ppter fumoꝝ sulfuris vel
siīis rei. calidū enī agens in rem siccā ipsam per ampli⁹
desiccādo eam dealbat: vt p⁹. p̄ma. l3 nō sit vēr: vt Auic.
ibimet ponit. Et siīr ppter p̄dictā cām pōt dici si verū
est q canities eueniat subito eueniens in vna nocte sicut
recitat euenire hoibus vehemēter timētib⁹. ⁊ l3 in hoc
dicat et alia cōcurrere cā. ¶ Sed circa hec statim immi
net dubiū: q2 si verum est qd inqt Auic. ⁊ qd dicit de ca-
nitie subito euenire iam videt q capilli nutriret nutri
tione vera: ⁊ per ɔñs essentaliati q negatum est in añte
quesito. Patet aūt illud: q2 si capilli in cōualescentibus
dealbant ppter puationē nutrimenti. vnde cātur in eis
siccitas. Iā3 videt nutrimētū pilis nō solū radici appo-
ni: sed etiā ad eoꝝ corpulentiā transire: vt partib⁹ appo
natur: quēadmodū in vera nutritiōe. Siīr si per aduen
tum nutrimēti rehumectent. ¶ Ampli⁹ multo plus p̄-
uant pili nutrimento cū a corpore scindunt: vel etiā in
quacūq3 morte: ⁊ tñ nō ppterea dealbant. ⁊ siīr arguit
de canitie que ponit subito euenire. hec enī nō puenit
ex putredine in mā ex qua fit pilus: q2 tūc talis canities
pueniret paulatine: sicut paulatine fit appositio ad pi-
lum ex p̄dicta mā. Siīr pueniret a radice capilli vbi
p̄dicta mā putrida apponit. ¶ Cōtrariū aūt h⁹ est apd
illos qui illud cōcedunt. Cōciliator enī dīa. 45. ponit
q p̄dicta canities eueniat vł ppter retractionē caloris
pili. vñ humidū pili putrescit: ⁊ sic pilus videret guber-
nari virtute aīe mediāte nāli calore seu spū per eū disp-
so: vel illud euenit ppter siccitatē exteriorē causatā: vt
supra dictū. Sed neutra istaꝝ causarū apparet vera. q2
in abscisiōe capilloꝝ: vt dictū est: multū plus priuat pi-
lus nutrimēto suo. siīr multo pl⁹ derelinqtur a regimie
nāe ⁊ nālis caloris. Siīr et ppter oēm cām ppter quā
in timore exiccat d3 perampli⁹ etiā in morte vł abscisio
ne exiccari. ppterea aīt evident esse predicti accidentis
cā. ¶ Siīr p̄dictū accñs plus videret in vehemēti ira ac
cidere q̄ in timore: cū peramplius corp⁹ in exteriorib⁹
calefiat: ⁊ sic ibi amplior debeat fieri exiccatio. ¶ Pro
pter hoc attētione dignū q si qs velit tenere pilos fore
aiatos: vt dictū est. in antecedēti quesito facillimū est
videre modū ƀm quē pili in cōualescētib⁹ dealbant ab
Auic. assignatū ad siītudinē plantaꝝ. Siīr etiā facile
est videre qualr canities seu albedo subito causet in pi
lis vt in timore magno: ⁊ hoc siue illud pueniat a sicci-
tate sola: ⁊ sic nō esset vera canities: siue illud accidat p
modū cuiusdā putredinis vt verius canities nūcupet.
Nihilominus ƀm istā opionē restat videre cām q̄re il-
lud in abscisione piloꝝ a corpore nō euenit. ⁊ siīr quare
semper in morte nō accidit: cū ex puatione nutrimenti
debent exiccari. Siīr ex toto tūc derelinquūt a regimie
nāe. S3 illud statī qualr sit apparebit. ¶ Quapp scd̄m-
do opionē quā veriorē reputamus attendēdū: vt appa-
reat doctoꝝ enucleatio q l3 pili nō sint aīali ⁊ modum
gñationis h̄eant: vt dcm̄ est: nihilomin⁹ multipl̄r possūt
in alterationib⁹ corporis alterari. Et siīr ex eoꝝ altera
ta radice: q̄uis enī per eoꝝ corpulentiā nutrimentū
ipsoꝝ nō transeat: nihilomin⁹ pōt pilū alterare: ⁊ siīr ex
eo q ex superficie corporis ad pilū peruenit tā qualita-
te q̄ vaporib⁹ ab eo egredientib⁹ persepe multū alteratur
tur pilus: quēadmodū videm⁹ q in cooperiendo caput
denigrant pili: qd ideo euenit: q2 pili nō transpirant: s3
vapor ⁊ vnctuositas eis ihereт perampli⁹. vñ remouet
eoꝝ albedo. ⁊ appet in hoc vna de causis nigredis ex q̄-
bus pōt appere veꝝ dcm̄ Auic. q in cōualescentib⁹ aliq̄
bus fit albedo piloꝝ: ppter siccitatē cū puant nutrimē-
to: non q2 vere nutriant: sed ex siccitate corporis: ⁊ sicca
ta radice pili cōicatur talis alteratio ⁊ siccitas pilo. vn-
de in suo hūido exiccat. Quaproter dealbat: imo vide-
mus per experientiā q non solū dealbant: sed manifeste
subtiliant: ⁊ ppter siccitatē cadūt a corpore: ⁊ ideo cum

Marginalia: Dubium. — Canitiei causa.

corpus rehumectaꝛ ꝛ rehumectaꝛ corpꝰ pili:nō qꝛ transeat nutrimentū ad eius corpulētiā:sicut facit nutrimētū in membꝛis:sed qꝛ humectaꝛ a sua radice ꝛ a corpore humidiori:sicut humectanꝛ oēs in aere humido: idō ꝑ suā nigredinē reuertiꝛ: ꝛ hoc est loquendo solū de illis met capillis q̄ dealbati erāt. Si q̄s vult dictū Auicēne saluare posset tamē dici:ꝙ cū Auic. vult ꝙ pili denigranꝛ cum corpus ad sanitatē reuertiꝛ illud maxime veritatē hꝫ de pilis qui nouiter nascunꝛ: cū in p̄dictis egritudinibꝰ pili a corpe multū decidāt. Unde ꝓpter corpꝰ rehumectari manifestū est pilos multiplicari ꝛ renascunꝛ pili nigriores ꝛ grossiores:ꝛ pōt dici ꝙ similitudo illoꝝ ad plātas nō est oīmoda. ¶ Ex his aūt pꝫ quō in vehementi timore ex siccitate possunt pili dealbari ī paruo tpe cū in vehemēti timore corpꝰ vehemēter desiccaꝛ ꝛ macrescit ꝛ consumiꝛ. vnde manifeste videmꝰ in modico tpe in timore magno hoīes multū transfigurari ꝛ faciem ad tornatilem verti:calor enim in timore multū intrinsecꝰ vnitus vehementer suū pabulū consumit ꝛ vigilie et cogitationes in timore existentes multū resoluūt ꝛ exiccant:ꝛ tāta siccitas vehemens ꝛ subito facta capillo cōmunicata ipm desiccando dealbat: ꝛ ꝛm hūc modū talis albedo non est vera canities. An aūt pilus incipiat dealbari tunc in suis extremitatibꝰ non videmus experientiam:ꝛ forte istud si quis non viderit affirmaret:illud tamen est possibile:qꝛ pilus in sui extremo est siccior:ꝛ ideo citius dealbaꝛ a sicco ꝙ versus radicem: et sic manifeste etiam patet in albedine piloꝝ causata a sole vel ab igne:qꝛ vehementius ꝛ citius in extremis albe fiūt:quoniā in eorū radice generaliter talis albedo pilorū est maior in extremis qualitercūqꝫ pili sint albi: ꝓpter quam in albedine que est canities senectutis vel q̄ ex simili fieret cā. Et vtriusqꝫ ratio est in ꝓprio obiecto si antedicta considerat. Si q̄s aūt vellet p̄dictam albedinem pilorū in timore euenientem esse caniciem quandam accidētalem posset imaginari ꝙ ex putredine causata circa radices pilorū cōicaretur putredo aliqua corpori pili:cū sit corpus putrescibile. vnde fit albedo p̄dicta. Et ex cōsimili cā etiam aliqñ in conualescentibꝰ aliquibus causareꝛ albedo in pilis:sed tūc predicta albedo non incipiet ab eoꝝ extremis nec vehementiꝰ:sꝫ potius econtra. ¶ Ex p̄dictis aūt pōt apparere ad ea que in dubio sunt arguta rñsio. Ad p̄mū enim de nutritiōe pꝫ q̄d sit dicendū ex dictis. ¶ Et silr ad scdm pꝫ q̄d sit dicendū. nā nō dealbanꝛ pili. qꝛ p̄uenꝛ nutrimento p̄ncipaliter. vnde si nutrimento solo p̄uarenꝛ non dealbarētur nec subtiliarenꝛ:cū multū plus hoc fieret ī abscisione vel morte. Sed ideo pili vt dictū est dealbanꝛ. qꝛ cuꝫ hoc ꝙ nutrimēto priuanꝛ ab agente ipsi alterantur ꝛ exicantur: qđ quidē nō est cum abscindunꝛ:vel etiā in quacunqꝫ morte: vt notum est:ꝛ licet aliquando posset esse. ¶ Et sic ad 3m dicendū ꝙ si ponaꝛ talis albedo causari ex putredine non ꝓpterea fit paulatine:sed subito:sicut ꝛ sua causa:vt dictū est. Et similr patꝫ quare talis dispō in pilo incipiat. silr pꝫ quomō in abscisione pilorū nō sūt in pilo cause que ipm dealbent:sicut in accidēte iam dicto. nec etiā in morte q̄uocūqꝫ vt notuꝫ est:qꝛ nō fit predicta albedo per modū qđ arguis:sed iaꝫ supra ostēsuꝫ. ¶ Qđ aūt vlterius induciꝛ de ira nō tenet:in ira eñ calor nō ex toto moueꝛ ad aliquā partium: ꝓpter qđ non conuenit mors in ira:sicut in timore vel gaudio:ex quo similiter non conuenit exiccatio ab ira prout a timore. vt clarum est. ¶ Ad ea autē que in p̄ncipio huiꝰ questii sunt inducta apparet intelligenti ex dictis quid dicēdū sit cum singule cause albedinis ꝛ nigredinis iam posite attenduntur. Deo gratias.

Quō i vehemēti timore ꝓueniūt pili in modico tēpore dealbari.

alius modus.

Solo dubij.

¶ Utruꝫ canities in capillis proueniat a calido ꝛ sicco: an a frigido ꝛ sicco. Questio.xxxvj.

remanere vacuum: si nõ dilataretur cerebrum: cum arterie sibi attrahãt aerem aliunde sicut alie arterie corporis: et nõ per cerebrũ. ¶ Amplius panniculus pia mater manifeste adheret cerebro et ingreditur per eius cavernositates et commissuras: vt possit bene subẽ cerebri nutrimẽtum exhibere: et bonam constantiam cerebri: et sensuũ: immo vult Ga. 8°. de vtilitate particularuz. 16. cap° q ipsa vestiat intrinsecus ventres anteriores cerebri: 3 nõ posterioré. Ita vult etiam Auic. 12. de aialib⁹. cum dicit. Et mẽbrana subtilis intrat in ventriculis cerebri: et cooperit illos: quousqz perueniat ad partẽ posteriorem: cui sufficit sua durities loco coopertimẽti mẽbrane. Idẽ videt asserere in cap°. d anathomia cerebri. prima tertij. Sz clarũ est q licz arterie pãniculi dilatentur et constringantur: nihilominus pãniculus adheret cerebro: nec ab ipso separatur: et hoc q2 cum arteria vndiqz dilatetur: cum pulsat: sicut vna paries in eleuatione plus distat a cerebro: vt superior: ita alia pars vt inferior plus cerebro inheret: et quasi ipsum inferius premit: et ecõtra est d pãniculo existẽte sub cerebro. ¶ Similiter etiam cum pãniculus per cõmissuras ingrediat ad diuersa latera cerebri pulsant arterie: et fm diuersos sit⁹: exquo cõ fieret cerebri dilatatio et cõstrictio: put apparet: et ppter eandem rationem non potest dici q arterie in pãniculo intrinsecus vestientes ventres dilatẽt et cõstringant ventriculos: cum etiam predicte arterie sint paruissime que per valde modicissimũ spacium extenduntur. Insuper etiam per motum illarum nõ fieret aeris attractio ad ventres cerebri: q2 cum arterie vndiqz dilatentur: immo etiam plus versus concauitatem ventriculi q versus subam cerebri: cum cerebri corpulẽtia aliqualiter resistat super qd per dilatationẽ tantum repleant et plus de concauitate ventriculi q de substãtia cerebri extendunt. Quapropter nõ erit aeris attractio necessaria ne sit dare vacuũ. ¶ Similiter etiã cũ substãtia cerebri in loco: vbi arteria per dilatationẽ eã premit cedat arterie: et arteria intrinsecus per aerem repleatur non erit necessaria alia aeris attractio ad cõcauitatem ventriculi ne sit dare vacuum vt pz. ¶ Amplius clarũ est. q expulsio aeris a cerebro: cum tanto impetu quantum est in sternutatione non fit constrictione arteriarũ nec etiam panniculorum: sed ventriculorum principalr non enim predictus motus constrictiõe quantũcunqz communi nocumentuz panniculis cerebri: nisi cõmunicetur cõcauitati ventriculorum: vt patet etiam in motu constrictionis cerebri in egritudine epilentica. ¶ Cũ ergo ex alio predictus motus dilatatiuus et constrictiuus nõ possit inesse cerebro relinquitur q ipsum virtute proprio moueatur dilatatiue et ɔstrictiue. ¶ Probat etiã predicta cõclusio sic. nõ minus videtur spiritus cõtentus in ventriculis cerebri transmissus sibi a corde p attractionẽ et expulsionem aeris et fumi capinosi debere euentari q spiritus in quacũqz arteria cõtentus et q̃cunqz membro existente quãtũcũqz frigido cum in ventriculis cerebri multus cõtineatur spiritus: sed sic est q queciiqz arterie: et in quocũqz membro ɔtẽ⁹ mouetur dilatatiue et constrictiue. ergo similiter debet esse in ventriculis cerebri. ¶ Confirmatur etiam predicta cõclusio de mente omnium auctorum: de hoc loquentiũ. Idẽ enim expresse vult Gal. 4. de iuuamẽtis membrorum. cap°. 6°. cum inquit. Dicamus ergo q duo ventriculi anteriores ventriculorum cerebri faciunt hanelituz aeris et exitum eius apud hanelituz cerebri exufflatione que fit in cerebro: et isti duo ventriculi alterant aerem et faciant ex eo spiritum animalem. ¶ Hoc idem asserit. 8°. de vtilitate particularum. cap°. de ventriculis cerebri: cum dicit anteriores itaqz duo inspirationem et expirationem et exufflationẽ operantur que a cerebro: demonstratum enim est alibi de his: quoniam delaborant et pparant ei animalem spiritum. ¶ Hoc idem ipse vult in eodem libro expresse et extense. magis autem ca°. de organo odoratus: ibi vult foramina ossis narium pncipaliter ad hunc finem creata. ¶ Et itidez vult Aui. expsse fieri quinta tertij canõ. pmo cap°. et prima tertij. cap° 2° Alyabas in. 3°. theo^ce idem asserit. vbi dicit. sunt aũt et cerebro concauitates tres que dicuntur ventriculi: q̃rũ duo in prora sunt dicũturqz prorales ventriculi: per quos et attractio fit aeris: et expulsio etiam flatus qui a

de sternutatione.

Cerebri ɔcauitates.

cerebro est: et in ipsis spiritus mutatur vitalis in naturã animalis et c. et vniuersaliter omnes hoc affirmant: et clarum est q si hic motus non esset virtute propria cerebri sed ex alio sibi inesset q hoc ipsi specificarent. quemadmodum fecerunt de motu pectoris et pulmonis.

¶ Nunc autem restat ad inducta in principio ɔtra hec respõdere. ¶ Et ad primũ cum dicitur q predict⁹ motus: aut esset naturalis et c. Dicendum q predictus motus cerebri naturalis est: et q tunc fieret mediantib⁹ villis dicendum q non est necessarium: propter quod attẽde q propositio que ab auctoribus profertur: vt est dictum Auic. allegatum si vniuersaliter intelligatur est propositio falsa. Nos enim tenem⁹: vt apparebit infra cum tractabimus de motu pulsus q motus attrahẽdi aerem non fit per villos: sic. s. q necessariũ sit in tali motu villos habere membrum: vnde cor et arterie quãtũcũqz non haberent villos attraherent et expellerent aerez: et q presentia villorum in eis est necessarium propter attractionem sanguinis: et non aeris qui attrahitur vi vacui. hoc autem ibi plene reseruetur declarandum et probandum. Similiter etiam in motu preter naturam non est illud necessariuz: et ideo propositio illa apud nos nõ est vtilis. Et licet aliquando auctores eam pferãt vniuersaliter. Ista tamen infra vt dictum clare patefient.

Rñsiões.

¶ Et ad 2^m cum dicitur. q tunc cerebrum lederetur ab aere: negatur quia predisponitur in transitu foraminũ ossis ad quod perueniunt duo foramina narium: quod pulchre ponit Alyabas 3° theo^ce. cum inquit. Facta autem sunt foramina ossiuz que in ossibus: sicut colatorio similibus: quedam quidem recta. quedam autẽ ex trãsuerso: nonnulla contorta quasi vitis: vt quando aer ad anteriora attrahitur frigidus non ingrediatur ad cerebrum et ledat ipsum: sed immutetur in spacij prolixitate et c. Et sunt etiam verba Gali. fere ad litterã 8° de vtilitate particularuz cap°. de organo odoratus: dicit enĩ. Apponit enim natura os in nare perforatum: sicut spõgia vt neqz aliquid incidat extrorsus corpus durũ: neqz sincerũ frigiditas inspirantibus nobis: fm rectitudinẽ ventriculorum cerebri eat: non enim debemus semper inspirare aerem moderate frigidũ: sed aliqñ etiã valde frigidũ. Iste ergo si fm rectitudinez ad latus incideret cerebrum infrigidaret vtiqz ipsum immoderate et periculũ induceret de tota vita: et in eodẽ loco. Et ab Alyabate etiam lege de modo expurgandi superfluitates a cerebro et foraminibus per que fit cõplete et clare. ¶ Ad 3^m cum dicitur. per quam viam et c. dicendum q via per quã attrahitur aer est via narium et foramina ossis iam dicta. Unde duo foramina narium vadunt: et vbi pertingunt est ibi os perforatum multis foraminibus iam dictis. Et silr panniculi p que foramina attrahitur aer ad cerebrũ: ita ibi lege clare et ab Alyabate et a Gali. locis pallegatis. Aer ergo qui ad cerebrũ trahit est aer ab exteriori per nares: cuius pars vadit ad pulmonẽ: et pars vadit ad cerebrum. Simlr etiam si nares essent perfectissime opilate adhuc pars aeris qui p os attrahitur ad cerebrum attraheret per foramina que ad colatorium veniunt a cerebro: sed non sic perfecte euentaretur cerebrum: vnde in paruo tpe incurreret egritudines ad perneccationẽ inducentes. Non est etiam inconueniens: q etiam de aere qui a pulmone egreditur trãseat ad cerebrum: quẽadmodum videt esse in casu: quẽ dicit Auicẽ. prima tertij. de anathomia cerebri q cerebrũ qñqz eleuatur ad craneum: qd fit cũ quedam adsunt dispositiones: vt voces fortes: aut forte et melius q illa non est extensio seu eleuatio cerebri per dilatationem ventriculorum cerebri ab aere ad eos expulso a pulmone: sed ẽ propulsio cerebri versus craneũ ex pressura q̃ fit a membris inferioribus a forti voce: quemadmoduz apparet per pressuram in oculis et in venis colli: cum homo vehementer vociferat. Et Auicẽ. in verbo illo non vult aliud nisi assignare vtilitates panniculi existentis seu panniculorum inter cerebrum et craneũ. ¶ Si autẽ queratur. an cerebrum dilatetur quando cor cõstringit vel quando dilatatur posset in hoc teneri qd hõ vellet licet enim aer attraheretur per nares versus cerebrum quando attrahitur ad pulmonem: nihilomin⁹ sicut sem per dilatato pulmone dilatatur cor: vel etiam constricto ɔstringitur: cum in vno motu hanelitus possint esse

de via ad aerem attrahẽdũ.

plures motus cordis:ita etiam facta attractione aeris versus cerebrum est necessarium cerebz dilatari. ¶ Et ideo nisi iam experientia esset firmatum potest teneri: qd homo vult: z q dilatato corde cerebz potest constringi: z q potest dilatari. Illud autem quod asserit Gal. d corde z arterijs apparebit inferius quantũ veritatis habeat. Et istud nobis phi[cr] appet de hoc.

¶ Utrum cerebri finis principalis sit temperare cordis caliditatem: an aliquis alius. Qõ.xxxiij.

Decimotertio queritur. An cerebri principalis finis sit tẽperare cordis caliditatem: an quis alius. Et q ille sit finis cerebri ostẽditur auctoritate phi.2°.de partibus: cum dicit. Propter hanc causam ad cordis locum condidit cerebrum natura: habẽs rationem aque z terre: z propter hoc sanguinem habentia habẽt cerebz ola z post subdit. Cerebrum igitur bene tẽperatuz facit ad eam que in corde caliditatem z feruorem. ¶ Amplius idem asserit Auer.2°.colliz. cum dicit cerebrum est generatum: ex opposito cordis ad temperandum calorẽ suũ. ¶ Oppositum hui[9] videt velle Gal.8°.de vtilitate particularũ.cap°.3°.cum inquit. opinari autem gratia caliditatis: q circa cor fieri cerebz refrigerãs illud z ad moderationẽ crasis ducẽs olno est incõueniẽs. ¶ Ampli[9] illud qd principaliter est propter sensum z motũ exhibẽdum nõ est pcipue pp̃ter refrigerare cor cũ nõ sint vni[9] duo principales fines: sed sic est de cerebro: vt oẽs affirmant medici. quare zc.

Declões. ¶ Ad declarationez huius quesiti oz duo declarare. p[m] est qualem hz principatũ: cerebrũ in corpore. 2[m] est qualem habeat frigiditatem cordi inferre. Et lz de primo dictum fuerit supra 2°. quesito huius quarti tractatus. ¶ Circa pmũ vt sibi apparuit: voluit phs cor in omni v[ir]tute pncipatum obtinere: z q in v[ir]tute aiali cerebz eẽt sicut organũ ipsius cordis ei deseruiens in preparando spũm qui modificaret spiritum cordis ad operationes exequẽdas que attribuunt spũi cordis tanq̃ principali operanti: z ideo voluit esse cerebz sicut dux cordi tanq̃ regi deseruiens z oẽm virtutem a corde recipere in quo sunt oẽs tanq̃ in fonte z radice. ¶ Nos autem vt ibi est affirmatum credimus hec dicta de virtute sermonis eẽ minus q̃ bene prolata. ¶ Et credimus cerebz in operationibus sensus z motus pncipatum tenere: nec virtutes aias a corde recipe. sed a pn° gñationis a generante cõplexionẽ recipe p quã est aptũ spũs in vẽtriculis eius exñtes sic alterare z disponere: vt sint aptum instrumẽtum aie deseruiẽtes: z pncipale in operationib[9] sensus et motus. Cum psepe appeant p̃dicte operatiões sensitiue modicũ lese z impedite multo leso z impedito corde vt ibi fuit dictũ. Quapp ex eis cõcludim[9] pncipalẽ finem cerebri esse exhibere corpori cõueniẽs instrz deseruiens aie in opibus sensus z motus: z ipsum sic eẽ ɔueniẽs instrumentũ deseruiẽs aie in opõnib[9] cognitiuis: z iõ nõ solũ tẽperat spũm cordis eius remittẽdo calorẽ: sz etiaz ei talẽ remittẽdo ɔplonẽ: vt aptũ sit instrz p sensu z motu: qualẽ nullũ aliud mẽbz põt exhibere: z q̃tũcũq ipm pamplius in calore remitteret. ¶ De 2° dicũt aliqui q cerebz non infridat cor sic q ipm reducat ad tẽperamẽtum: sz bñ aliqualr cordis caliditatem remittat. Alij dicũt q calm cordis ifridari a cerebro est 2[r]. vno mõ positiue q ola gradus caloris cordis p̃exñs corrũpat fri[te] cerebri. Alio mõ p[ri]uatiue nõ q aliq̃ portio caloris corrũpat: sed phibeat incẽdi. Primũ etiã dupl[r] intelligitur. vno mõ q talis infrigidatio fiat in corde: z de calore ei[9] aliq̃ po sensibilis corrũpat: z istud dicũt nõ eẽ verũ: nec pole. z dicũt q istd ẽ id qd voluit Ga. 8°. de vtilitate ptiũla. z ɔ illud vadũt rõnes sue q̃s facit ɔ Ar. ibidez. z b ipsi affirmãt aliquib[9] rõnib[9] satis leuibus: q tũc p̃dicta alteratio deberet sentiri: cũ cor sit mẽbz multũ sensibile. et p̃dict[9] gradus frustra fuisset i corde genit[9]: z alias siles his adducũt. ¶ Alio mõ dicũt posse itelligi q hec actio positiua i fractiõe caloris cordis nõ fiat in corde: sed in cerebro. z isto mõ dicũt cerebz positiue infridare calorem cordis: z hoc q spiritũ calidum a corde ad cerebrum missum cerebz infrigidat z suum calorem remittit: z hoc directe voluit Auic. ca°. de anathomia cerebri cum inqt. Et vt ɔtẽperet ipsũ a corde egrediẽs: z ad ipz penetrãs. Si aũt intelligat q cerebz infrigidat cor p[ri]uatiue phibẽdo suum excessum ad quẽ attingeret si nõ esset cerebz est verũ: nam cũ cor sit mẽbrum multũ calidum nisi cõtra operaret ei cerebz multũ ascẽderet in calore: put pz in freneticis in quib[9] cerebz calefit: et hec fuit intentio phi vbicũq dicit cerebz infrigidare cor: qd idem videt sensisse Auerro. 2°. colliz. ca°. de vtilitate sensuum. cũ inquit. Nõ fuit pole ponere hãc fridtatem in corde a pn° creationis: q essent diminute operationes nutrimẽti cõparatione manifesta zc. ¶ Nos autez iuxta h 2[m] affirmam[9] sniaz suprapositã isto tractatu qõne 4°. q pole est cerebz ifrigidare z remittere calirarẽ q est i corde posi[te] z gradũ illi[9] remittẽdo sensibilẽ: sic ibidẽ fuit gnaliter de mẽbris pbatũ. ¶ Et pole est ẽt q si hec duo mẽbra disposita fuerint q se positiue extra latitudinẽ eoz se nõ alterẽt: stãt eñi ista sic: vt ibi fuit positũ z declaratum. Est ergo vez q dicũt cerebz tẽperare caliditatẽ cordis: q tẽperet caliditatẽ spũs a corde venientis ad eũ: sz vt dcm̃ est nõ solũ spũm absolute in calore remittit: sed vere eũ trãsmutet seu subaliter seu accñtaliter ei exhibẽdo aptam cõplonem: vt debitũ fiat instrumentũ pro operationib[9] aialib[9]: qd quidem facit cerebrũ sui propria virtute quã a generante recepit: z non a corde. Et lz cor illud in esse conseruet: vt iam in loco p̃dicto fuit p̃dictum. Similr etiam cerebz contemperat cordis caliditatem: quẽadmodũ z frigiditate cerebri accuitas totius caloris remittit: z maxime cordis prout tẽpore somni appet: saluo vna causa effectiua dicit esse cerebrum vt clare inferius. Quapropter fuit z in opposito cordis situatũ: vt voluit phs: propter qd etiã appellauit cerebrum frigidissimum omnium que in corpe: qd qualiter intelligatur vide, quesito 8°. huius tractatus. Propter hanc tamen remissionẽ nõ egredit a latitudie sua: z lz talis remissio sensata possit existere: sicut etiam corpus sanum intra sui latitudinẽ possit sensibiliter multiformiter transmutari. ¶ Ex his aũt dictis statim patent ea que in principio sunt inducta: nõ eñ voluit phs q principalis z precipuus finis fuerit cerebri: vt absolute caliditatẽ cordis comtemperaret: sz principaliter ad illud qd inductum iam: illud autem nõ potuit exequi: nisi caliditatem cordis cõtemperaret preinducto iaz mõ. ¶ Ordinauit autẽ natura cerebz vt contemperaret caliditatem prosũpentem ex corde ad hoc: vt conueniens fieret instrumentum pro operationibus animalib[9]. Finis aũt huius principalior est: z illud idem voluit cerebrum pncipale principium esse animalium operationũ. Fuerunt ergo predicti duo fines necessarij vnus pp̃ter alteri deseruire: non eñ tale tẽperamentum caloris potuit esse in corde: sed oportuit in alio mẽbro fieri: quia fuisset cor impeditum: vt allegatum est ex Auerroy. Et lz in principatu cerebri fuerit discordia aliqualis phi z Gal. vt supra apparuit: nõ tamẽ Gal. negauit cerebruz infrigidare cor: sed q principalr illi[9] gratia nõ fuit creatum: sz q fine iam dicto. Uidemus enim neruũ existentem in corde vehementer calidũ: z similiter spũz eius: nihilominus tamẽ pp̃ter permanere in eo complexionez nerui: z spiritus a cerebro exhibitam existunt operationes sensitiue ab eo organo eis cõuenientes zc.

Cerebrũ nõ infrigidat cor.

Cerebrũ oim frigidissimus.

¶ Utrũ oculus sit ɔplonis fride z humide. Qõ xxxiiij.

Quartodecimo querit. Ea q̃ circa oculos inuestigando de eis primũ cuius cõplexiõis sit oculus. ¶ Et q hoc quesitum multipl[r] est a doctoribus pertractatum breuiter in eo veritatem narrabimus: phs enim hoc q̃situm in libro. de sensu determinauit. Aliqui enim voluerunt in oculo a predñio dominari ignez mori ex hoc quia in oculo dñatur lumen quod quidẽ arguebant ex multis sensorio: vt ibi dicit phs et apparebit inferius. Inter elementa autem ignis lucidus est. Similiter virtuti z sensui imaterialiori debet deseruire organo elementz quod inter omnia elementa est immaterialius z formalius seu nobilius inter omnes autẽ sensus visus est immaterialior z inter omnia elemẽta elemẽtũ ignis est nobilius. ¶ Ad declarationem huius quesiti preintelligendum q oculus vt patet p auctores anathomie est membrum compositũ ex septem tunicis z tribus humoribus: predicte tamen tunice sunt sm veritatem solũ quatuor: sm tamen distinctionem oculi ante z post septem dicuntur propter illarum partium diuersam vtili

tatem. Una tunica est que est p^a incipiendo ab extra ver
sus intus ꝓcedendo est tunica que dr̃ ꝯiūctiua ꝗ albuz
ocli appellat. Et lʒ cornea possʒ etiā alio mō. dici pma.
¶ Cōiunctiua est pānicul⁹ totum oculū cōprehendens
ꝑterꝗ̃ in loco corneē: ꝛ cōprehēdit imme^te sub se lacer
tos oculos mouētes carnē ꝛ pinguedinē albā: ꝛ oritur
hic panniculus a pāniculo existente supra craneum qui
ʒirʒia mater appellatur: nec fuit hic pāniculus diuerso
noīe nolar⁹ añ ꝛ post: ſʒ eodē 2ª tunica est que in ante
riori parte oculi appellat cornea ꝛ appellatur discoop
tus pāniculus a cōiunctiua. In posteriori aūt oculi vo
catur sclirotica: ꝛ oritur hic pāniculus a dura matre. 3^a
tunica est que in anteriori parte vocat vuea in qua est
foramē: qđ pupilla vocatur. In posteriori aūt parte vo
catur secūdina: ꝛ oritur ista tunica a pia matre. 4^a tuni
ca est que est ſm anteriorē partem adherens sup faciez
cristallini ꝛ vocat aranea directe stans inter cristallinū
ꝛ albugineū ꝛ ꝓcedens versus post ꝯprehendit cristal
linū humorē ꝛ vitreū: ꝛ oritur hec tunica ex neruo obti
co ꝛ in posteriori parte vocatur retina: ꝛ sic sunt septez.
Intellige tñ ꝙ cornea ex quatuor est composita: vt ait
Auic. ꝛ ita inuenit expꝰſſe in anathomia: ꝛ maxie in ocl'o
decocto habēdo vncinos subtilissimos ꝛ explicādo vnā
ab alia: vt pluries manifestissime ostendimus faciēdo
anathomiā oculi bouis. Iuuamēta ꝛ ea que ad has tu
nicas pertinent lege a pluribus auctorib⁹. ¶ Humores
aūt oculi sunt tres. pmus in exteriori loco positus ma
gis est humor qui dr̃ albugine⁹ qui directe appet vt al
bum oui. Scđs humor qui dicit cristallinus qui quasi
fiat frusto cristalli. Terti⁹ post hūc est hūor qui vitre⁹
nolatur ad modū cuiusdā liquefacti vitri. Hec igitur
est compositio oculorum ꝛ suarum partium narratio.

De hūori bus ocli.

¶ Uenit autem ad oculū a cerebro spūs multitudo sub
tilis visibilis cum sit hic sensus inter omnes nobilior ꝛ
spiritualior quā multitudinē spiritus maxime declarat
ꝛ signat concauitas manifesta duorum grossorum ner
uorum obticorum ad oculos venientium: que sic nō est
in neruis aliorum sensuum. ¶ Ex hac autē clara oculi
compositione potest optime responderi ad quesitum ꝓ
positum: q2 apparet qualis sit complexio partiū oculi:
nam complexio tunicarum in genere membrorū est fri
da ꝛ sicca: cum sint mēbra pāniculosa ꝛ neruosa: ꝛ lʒ vna
sit magis frigida ꝛ sicca altera: ſm ꝙ magis participat
de venis ꝛ arteriis: ꝛ ſm ꝙ oritur a membro magis vel
minus frigido. Complexio autem humorū oculi est cō
plexio frigida ꝛ humida: vt de se notum est. Et q2 hūo
res sunt a pꝰn̄lo pars superabundās in oculo: hinc est
ꝙ absolute debet responderi: cū queritur cui⁹ comple
xionis est oculus. Qđ a predominio aqueus inter mem
bra nostri corporis hoc est in comparatione ad cutiʒ et
frigide ꝛ humide cōplonis. ¶ Hanc ꝯclusionem decla
rat in de sensu ꝛ signis ꝛ rōnibus: signis eñ natura cor
ruptis seu eruptis oculis decurrit multum aque. Sīr
oculi nouiter formatorꝫ excedunt multum frigiditate
ꝛ claritate que ambo attestantur aque. Similiter etiaʒ
in habentibus sanguinem: albū oculi est multū pingue
ꝛ grassum vt permaneāt humidi ꝛ incoagulati: ꝛ ideo vt
ibi dicit corpus minime rigens est oculus: nullum enim
quod infra palpebras est vnꝗ̃ riguit: pinguedo enīʒ est
spissa ꝛ depressa: ꝛ ideo subdit: animalium vero que si
ne sanguine sunt dure pellis sunt oculi: ꝛ hoc facit pte
ctionem ¶ Hoc idem ipse affirmat ratione: q2 oportet
oculum esse dyafanū cū habeat intentiōes ꝛ species ob
iectorum visibilium recipere. Dyafanū aūt est aer aut
ignis aut aqua. Non autez debuit a predominio eē aer
vel ignis: q2 receptio specierū in oculis debeat esse cum
aliquali conseruatione: hoc aūt nō facit aer ꝓpter mul
tam raritatem ꝛ multo minus ignis: aqua autem ꝓpter
sui grossitiem est magis conseruatiua: vnde ibi pħs: sed
magis conseruabilius est aqua aere ꝛ magis spissum: q̄
re pupilla ꝛ ocl's aque sunt: ꝯseruatio enim specierū vi
sibiliū requiritur ad complementum iudicij de visibili
bus. ¶ Amplius aer est multum passibilis ꝛ alterabi
lis ꝛ leuiter perturbatur: ꝓpter qđ in auditu requisitus
est aer oportet pꝰdictum aerē multis reuolutionib⁹ esse
obtectū ꝛ complantatum: qđ sic nō potuisset fieri in vi
su: vt de se notuʒ. ¶ Ad illđ aūt qđ adducit in principio
contra hec ꝙ in oculo dñetur ignis: q2 est in eo lumē in

Aer passi bilis ꝛ al terabilis.

trinsecum: dđm ꝙ ex hoc nō arguitur ꝙ sit complexionis
calide: vel etiā a predominio ignis: ꝛ hoc primo ſm no
stram opinionem superius positā primo tractatu de ele
mētis: cum eñ mixta nō sint ex elñtis composita: nō q̄lʒ
res immixta recepta elñto alicui ꝓportionata arguit il
lud mixtū magis illi occulto appropinquare: quēadmo
dum etiā fuit dictū de grauitate: mixta eñ possunt mul
tas proprietates habere elemētis appropinquantes: q̄
tñ eis nō inherent: q2 plus abūdet in eis tale elementuʒ
vel q2 illi magis appropinquet: sed q2 talia mixta sunt.
Aut aliter potest respōderi: q2 lʒ mixta sint ex elemētis
cōposita qualitercūqꝫ predicta cōpositio teneatur esse
in vno mixto: tñ potest superabūdare ꝓprietas vni⁹ ele
mēti quo ad aliquid: in quo tñ a pꝰdñio pꝰdictum elemen
tum nō superabūdat: quēadmodū apparet de calore et
de sapore ꝛ de multis aliis qualitatib⁹ ex quib⁹ aer ge
nerat de qualitate illi⁹ rei: cū tamē sit contrariū illi⁹: qđ
pꝰdicta signarēt: ita etiā est de luciditate seu lumine ap
parente in re seu in mixto: multa eñ aliqualē habēt lu
cem: que tñ nō sunt a pꝰdñio talia vel ignea ꝛ hoc est ꝓ
pter varios modos cōpositionis ꝛ cōmixtionis mixtorꝫ
ex elemētis. ¶ Qđ aūt vlterius arguit. sensui immalio
ri dʒ deseruire organū immālius: lʒ huic rationi a mul
tis multiplr̃ respōdeat: dicimus nos: ꝛ hoc inferi⁹ per
fecte declarabit: ꝙ ex parte sentiētis quilibʒ sensus est
eque perfectus ꝛ eque immālis: q2 quelibʒ sensatio est
in eodē loco: ꝛ ab eodē vt apparebit ibi. Si ergo vnus
sensus est imālior alio: hoc ē ex mō recipiēdi sensibilia:
ſʒ magis spūaliter organa sensuū recipiūt sensitiua cor
intētiones seu spēs suscipiēdo absqꝫ mā: ꝛ vult pħs 2° đ
ala. Qđ qđē accidit visui ꝛ auditui plusꝗ̃ aliis: ꝛ iō or
ganum qđ dʒ esse ꝓportionatū est organū aqueū: vt pꝫ
ex dictis: ꝛ nō igneū: ꝛ est organū magis imaterialiter
recipiens ꝗ̃ alicuius alterius sensus: cū sit dyafanū: lʒ
eñ in aure sit aer: pꝰdictus aer ē mediū i auditu nō orga
num: qđ visui nō fuisset ꝯueniens: vt iam dictuʒ est. Et
licet posset teneri ꝙ aud.: ⁹ est sensus imālior visu ſʒ quā
dam aliam viā: vt inferi⁹ apparebit: nihilominus visus
est sensus nobilior ꝓpter plures nobis ostendere diffe
rētias visibiliū. Ista autem determinabuntur inferius
prolixe cum de sensibus faciemus tractatū. Si qui aūt
auctores dicant visum esse natura ignis: vt fuerunt pla
tonici tenentes ꝛ opināntes visum fieri extra mittendo:
aut hoc maxime intellexerūt: ꝓpter visum inter omnes
sensus multū indigere spiritu: vt iam predictū est: spiri
tus autē in corpore nostro: sicut igni assimantur: quēad
modum etiā pħs 2° de anima. Ignis autē aut nullius:
aut cōis oib⁹: nihil enim sine calore sensitiuum: vñ etiā
spūs visibilis est subtilior ꝛ clarior ꝗ̃ in quolʒ alio sensu
vt in ꝓprietatib⁹ magis vr̃ assimilari igni ꝛc.

Audit⁹ vi su immā lior.

¶ Utrū in oculo sit lumē intrinsecū. Qō. xxxiiij.

Quintodecimo querit. An in oculo sit lumē
intrinsecū. ¶ Et apparet ꝙ nō auctoritate
Auer. in pꝰ de sensu: cum inquit: ꝛ lumē nō est
in oculo per naturam oculi: sed intrat ipsuʒ
ab extrinseco ꝛ subdit rōnem: q2 si esset lu
men: de natura eius videret in obscuro. ꝛ iō accidit ei ꝗ̃
claudit oculos: ꝛ post aperit: vt nō videat re nisi postꝙ
visus eius fuerit illuminatus.

15

¶ Hoc idem asserit 2° colliget. ca°. de accidentib⁹ sen
sus visus: cū dicit. Nec etiā in eo. s. oculo est corpus cele
ste nec igneum hñs splēdorē: vel ꝙ sit splendidū qđ illđ
illuminet per nām: sed splendor est primū ꝛ apparens ꝑ
se. Et ipossibile est ꝙ sit recipiēs aliqđ de natura susce
pti inꝙ^m vnū est recipiens ꝛ aliud receptū. ¶ Amplius
illud confirmatur. nam si in oculo esset lumen intrinse
cum per naturam: tunc non videretur esse lucidum: si
cut enim oportuit ipsuʒ esse absqꝫ omni colore. vt possit
omnem videre colorem: ita cum lux sit visibilis: vt color
debet esse absqꝫ omni luce: vt possit omnem videre lucē
cum recipiens debeat esse denudatuʒ a natura recepti:
ꝛ hanc rationem si perpendis innuit Auerroys in ver
bis preallegatis. in vltimo cum dixit: sed splēdor est pri
mum apparens ꝛc. ¶ Amplius lux non videtur necessa
ria in visu: nisi ꝓpter illuminare obʒ visibile vel mediū.
ergo non est necessarium: vt oculo sit intrinseca: añs ap
paret ad sensum: videmus enim ꝙ oculo existente in ob
scuro videt in eo entia illuminata: ꝛ ꝯsequētis appare

de se cū visus fiat intus suscipiendo non extra mittēdo.
Si igit non est lux oculo necessaria: cū vtplurimū natu
ra non deficiat in necessarijs nec abundet in superfluis
vel agat frustra: vtplurimū lux nō est in oculo reperta.
¶ In oppositū est phs in de sensu et sensato. vbi exp̄sse
vult q in oculo sit lux intrinseca et talis est in hoc cōclu
sio affirmanda: hoc aūt apparet esse verum per sintilla-
tionem et fulgorem: que in oculo apparent in clausione
et vehementi compressione oculi. Similiter etiam p sin
tillationem que homini: apparet etiam apertis oculis
in loco multum obscuro. ¶ Idem ibidem phs ostendit
per aliud signum. cum inquit q iam quibusdam vulne
ratis in bello: iuxta tympora ita vt abscinderent porri
oculi accidit fieri tenebras: sicut lucerna extincta eo q
quasi lampas quedam abscissa fuit per spacium vocata
pupilla. ¶ Hoc etiam manifestissime apparet in qbus-
dam animalibus in quibus manifeste apparent oculi
de nocte lucentes: vt vsq ad aliqd sibi aliqualiter illu-
minēt mediū. ¶ Idem etiā Auerroys asserit in de sen-
su et sensato: et Ga. 4. de iuuamētis: et 8° de vtilitate pti-
cularū. Qualiter aūt oculus predictū lumen intrinsecū
videre possit apparebit in tractatu de virtutibus.

Ocul' lu-
cem habz
intrinse-
cam.

¶ Sed hic duo sunt videnda. pmū est que sit necessi-
tas hui' luminis intrinseci oculo: 2m ex quo hec lux ocu
lo insit. ¶ Dicendū ad pmū q ſm opinionem tenen-
tem q lux sit necessaria in videndo pp̄ter medium: vt fa
ciat dyafanū medium in actu: et licet etiam requireret:
propter colores siue non: facile est videre predicti lumi
nis necessitatem: nam sicut medium non existens actu
dyafanuz seu lucidum non potest moueri a coloribus:
ita oculus non posset species obiectorum recipere: nisi
sit actu lucidus et dyafanus in actu: et sic existens in ob
scuro: vbi non illuminatur ab exteriori lumine non pos
set illuminatos colores videre: qd est falsuz. ¶ Sed ſm
hoc imminet dubium: cum medium non existens actu
dyafanum: vt aer in obscuro iuxta oculos possit species
coloris recipere: q2 aliter non posset impressio peruem-
re ad oculum: et licz medium iuxta visibile sit illumina-
tum et actu dyafanum: quare similiter oculus non exi-
stens actu lucidus non potuit predictas species recipe
re: et ſm predictam causam assignatam non videtur esse
huius aliqua ratio. ¶ Similiter etiam predictuz signū
videtur arguere q lux non requiratur in visiōe: nisi pro
pter colores: et per cōsequēs nulla videret necessitas lu-
minis in oculo intrinseci: sed an lumen in oculo propter
colores requiratur in visione: vel propter medium in
oculo proprio inferius apparebit: et ibidē patefiet quā-
tum virtutis habeant predicte obtiones. ¶ Dicamus
ergo q quēadmodū lux apud nr̄az opionē est coactiua
coloribus ad cognitionem visiuam: vt simul in obiecto
sit effectiua causa intuitionis seu spēi visibilis: et hoc si
est ponere tales species in medio: ita etiā est simul effe-
ctiua causa in oculo cū ipsa visibili spē cognitionis visi-
ue in anima. vt actus anime visibilis qui est coloris co-
gnitio effectiue cāretur in aīa imetē a specie seu intētiōe
decisa a colore: et ab ipso lumine existe intrinseco ipsi ocu
lo: q̄re si oculus absq luce eēt intrinseca exns dyafan'
prout est spēm coloris recipe: nō tn̄ ab illa in aīa caufa
ret cognitio: q2 non ꝯcurreret ibi sufficiens effectiua cā
spēi. s. obm: vt color cum luce simul existēte: cum eo et in
medio sibi imetō. ¶ Et hoc videt aliqualiter rōnabile:
q2 ponendo tales spēs in medio a colorib' causari nō vr̄
posse dici q lumē intrinsecū oculi sit soluz dispositio in
subiecto preparās ad receptionez spēi coloris: q2 cū aer
obscurus pp̄e oculum: vt iam predictuz est: existēs dya-
fanus pōt species coloris recipere. Similr̄ et oculus exi
stens dyafanus: et licz nō lucidus poterit p̄dictas species
recipe: cum igit lux nō requirat necessario ad receptio-
nem spēi in oculo preparādo oculū passiue: et necessario
requirat videt ꝯcurrere in loco cause effectiue. ¶ Vel
posset etiaz dici q lux est necessario oculo soluz in rōne
dispositionis preparātis oculū passiue ad recipiēdū spe
cies coloris: que sit sufficiēs ad causandū cognitionē vi
siuaz: nā quēadmodū apparuit in antecedēti questio: iō
fuit oculus aqueus a p̄dominio: vt ideo fieret aliqlis cō-
seruatio spēruz: que reqrebatur ad cōple[illegible] iudicium
de visibilib'. Sic etiā oportuit eē ocul[illegible] ter luci-
dum vt spēs impresse ab omnibus essent [illegible]ores et p-
fectiores: qd quidem requirit ad complemētuz iudicij.
Nunc aūt in dyafano in actu lucido perfectiores spēs i
primūtur: ex aptitudine eniz patientis ꝑsepe inducit
effectus perfectior: et ſm hāc viam posset teneri lucē exi
stētem in oculo eē cām effectiuam spēi: q2 enim species
existēs in medio nō poterat perfectā spēm in oculo cau
sare: put erat expediēs ad cōpletum iudiciū videndi: iō
fuit necessaria lux intrinseca oculo: vt simul cū spē exi-
stēte in medio eēt causa effectiua intētionis spēi in ocu-
lo: vt cōplete fieret iudicium de visibilib'. ¶ Posset ēt
forte dici q in corpore nō dyafano: q̄ntūcunq sit tersuz
et politū nō possunt induci spēs a coloribus: nisi sit actu
illuminatum. Et licz illud possit fieri in corpe dyafano
quēadmodū dictū est de aere obscuro: determinata eīn
accidentia reqrunt determinata subiecta: quapp oculo
existēte in obscuro nō posset videre illuminatū colorē:
q2 non posset imprimi spēs coloris in cristallina: sz pos-
set in cornea et albuginea: et hoc q2 nō pōt dici: q licz cri
stallina sit corpus tersuz et politū: nō tamē est dyafanū
in profundo: et iō nisi sit illuminata predictas spēs non
posset recipere: q̄re oportuit in oculo lumē esse intrinse
cum. Ista tamē solutio posset in aliquib' calūniari si p
penderis: et tu ꝯsidera illud. ¶ Aliquā autem de his intē
tionibus videt habuisse Galie. 8° de particula x. vtilita
te cuz loqtur de organo visus. Inqt eīn. Alteratur autē
nō ab omni sensato omne: sed luciforme: qdem et splēdi-
forme a coloribus: aereosum vero a vocib': vaporosum
vero ab odorabilib'. Uno aūt sermone simile simili est
cognoscibile: neq aūt aereū sensitiuū alterari aliqn p̄t
a colorib': lucidum eīn opz esse puz et splendiduz: si qua
debet faciliter et sincere suscipere ea que ex colorib': sic
in sermonibus de visu dictum est: neq ipsum turbidum
et vaporosum: neq humidum et aquosum: sicut neq hu-
midū et terrestre. Quocirca neq sensitiuorū aliqd: nisi
id qd visus a coloribus alterabitur: solus enim hic luci
dum et purum et splendidum sensitiuuz habet cristaloi-
dem humidum: sicut e hoc in sermonib' de visu demō-
stratuz est: in his enim verbis Gal. intellexit quasi vnū-
quodq iam dictoꝝ: p̄mo enim id qd dictum est in p̄mo
modo: nam dyafanum non est susceptiuum coloris: nisi
cum factum est in actu per lucem: quēadmodum color
non est sensitiui visus motiuus: nisi simul cuz luce: vt si-
mul adinuicem proportionētur: non enim est hec actio
vnius in aliud corrupta: sz perfecta. ¶ Et similr tā alij
dari modi possunt in dictis Gali. cōprehendi, naz Gal.
in summa in eo verbo: qd dicit. vno autem sermone simi
le sili est cognoscibile zc. q causa lucis existētis in ocu-
lo per naturaz est vt proportionet sensus visus ad suuz
obiectuz et siletur: vt quemadmodum est necessaria lux
in obiecto mouēte: ita sit necessaria in sensitiuo suscipi
ente: et tunc potes imaginari predictam lucez concurre-
te necessario in organo visus recipiente per modū acti
ue cause: seu solum dispositionis preparantis organum
passiue ad recipiendum qualitercunq tibi plus placet
ſm ante dictos modos.

¶ Ad 2m autem dubiū facilis est respōsio: Galie. eīn in
verbis preallegatis videt partem oculi lucidaz: ex qua
lux naturalis et intrinseca est oculo solum assignare hu-
miditatem cristallinā. predicta eīn pars est ad moduz
lucētis cristalli: ex qua intrinsece totus resplendet ocu-
lus: pōt etiā dici: vt dicūt alij oculū habere lucē a spū vi
sibili q est lucē hns: tn̄ ēt a luce albuginei humoris.

¶ His āt habitis restat obta in principio q̄stī dissolue
re: et p̄mo ad illud qd allegat ex Auer. zc. cōiter exponit
q ipse voluit solū dicere: q si in oculo nō est lumē p na-
turam sufficiens ad illuminandū sibi mediuz: vt possit
fieri visio. Nō tamen negare voluit q oīno nullū sit lu-
men: q2 ꝯdiceret dictis phi et sibimet: e hoc vr̄ velle i ra-
tione quā assignat: q2 tūc hō videret in obscuro. nec itel
ligit q homo non videat oculo existente in obscuro dū-
modo res visibilis sit illuminata: sed q absq omni lu-
mine exteriori: siue in obiecto: siue in oculo homo vide
ret per lumē intrinsecum. Aliqui tn̄ de predicto rep̄hē-
dunt eū absq eius alia interpretatione: et p firmo ei' rō
nō cōcludit. Pōt enim oculus intrinsecum aliquale lu-
men habere necessarium: nō tamen videre pōt: nisi illu-
minaretur ēt obm cum alijs debitis circūstātijs reqsi-
tis ad visum. ¶ Et q̄tuz ꝯcludat scda rō quā inuit stati

An i ocu-
lo sit lu-
men natu
rale.

apparebit in ſolone prime rōnis adducte: cū dicitur ꝙ tunc oculus ſi hrēt lucem nō videret oē lucidū. huic poſ ſet rñderi ſm rñſionē quā dat Joannes de candono in quadā rōne quā facit in qōnib⁹ quas determinauit ſup lib⁹ de ſenſu: facit eñ quoddā argumentū: ꝙ oculus nō habeat dyaſanitatē aqueā: qꝛ tūc deberet nō poſſe vide re aquā: qꝛ nō eſſet denudat⁹ ab aq̄ dyaſano: nec in poᵃ ad eū cū ſm actū talis exiſtat. Rñdet hic ꝙ dyaſanū aq̄ nō cōſiſtit in indiuⁱ: ſʒ latitudinē hʒ: ꝛ ideo q̄uis in ocu lo ſit dyaſanū aqueū: qꝛ tñ ſm aliquē gradū determina tū pōt ſuſcipe dyaſanū pfecti⁹ vel min⁹: qꝛ iſtis hñt rōnē ꝯri reſpectu ei⁹ qđ eſt in viſu: quēadmodū eſt de tactu: cui⁹ organū nō pōt abſolui ex toto a q̄litatib⁹ tangibi lib⁹. ꝛ ideo ſi eēt aliqs humor aque⁹ oīno eiuſdē ꝛ equa lis dyaſanitatis cū oculo: oculus illū nō poſſet percipe ꝛ ītavnus oculus nō poſſet videre oculū pcipue ſilem q̄tū ad partes in q̄bus in oculo ſilis eſt dyaſanitas: ꝛ p ꝯñs oculus nō videret oē lucidū. ℂ Iſta ſolo eſt ſatꝫ du bia: nec bene ſoluit arᵐ in pncipio q̄ſti adductū: qꝛ ſili modo oculus poterit eſſe cū aliquo colore intrinſeco q̄ nō phibebit viſionē alioꝝ coloꝝ: niſi ſoli⁹ coloris q̄ ſilis erit pci⁹ colori exiſtēti oculo naturali: qđ tñ eſt falſuꝫ cū q̄libet color exiſtens in oculo vel ante oculū faciat oēs alios apparere quaſi ſimiles illi. ℂ Amplius abſurduꝫ videt̄ dicere ꝙ corā oculo ſano ꝛ bene diſpoſito ponere tur aliq̄ aqua vel aliqs oculus: ꝛ eſſet lumē reqſitū ad vi ſionē ꝛ oculus p̄dicta nō videret. ℂ Forte poſſet dici ꝙ ſi oculus videt illa hoc eſt cū illa ſunt illuminata lumie exteriori maiori q̄ ſit lumē oculi: ꝛ per ꝯñs: tunc nō ſunt in totum ſimilia lumini oculi: ꝛ pp̄ illḋ poſſunt percipi. ℂ Cōtra. oculus gatte vel lupi qui videt abſq; omni lu mine exteriori de nocte videret oculū gatte vel lupi oī no ſibi ſilem. ℂ Amplius oculus videns ſi ſit in eodem aere luminoſo: cū oculo viſo: nihilominus videbit illū: ꝛ tūc erit oīno ſibi ſimilis quo ad lumē intrinſecuꝫ ꝛ ex trinſecū. ℂ Quapp̄ dōm alr̄ ꝙ oculus: lʒ habeat intrin ſecum lumē videt oē lucidū: ꝛ oēm oculū: licꝫ nō q̄libet oculus videat oēm oculum: nec omne luciduꝫ abſq; au xilio exterioris lucis. Et cū dicit̄ ꝙ ſicut oculus vt vide ret oēm colorem debuit eē abſq; colore: ita oculus vt vide at omne lucidū debuit eſſe abſq; omni luce: dōm ꝙ non eſt ſimile de luce ꝛ colore: ꝛ hoc qꝛ color in cōparatione ad viſum ſolum ſe habet in rōne obiecti viſibilis: nec lu cido eſt aliqua cā vt videat̄: ꝛ ideo ſi oculuꝫ informaret impediret viſionē ſeu veꝝ iudiciū: cum eo meᵗᵉ quo nō debet iudicare de aliis iudicaret. Lux aūt non ſoluꝫ in viſione ſe habet in rōne obiecti viſibilis: ſed etiā eſt di ſponens mediuꝫ ꝛ organum: vt poſſit viſio fieri: ꝛ ē cōia cā omnibus colorib⁹ cum eis ad viſioneꝫ coagens: vt iā predictuꝫ abſq; qua nō poteſt fieri: ꝛ ideo exiſtēs i ocu lo nō eſt impeditiua viſus: ſed neceſſaria: q̄tūcunq; eñ ſpecies coloris recipiat̄ in ſubo in quo eſt lux nō aliter repreſentat colorem: nec alterius maneriei q̄ ſit pp̄ eſſe cām cōem per modū iam dictum coloribus omnib⁹: nō aūt ſic ſe habet vnus color in cōparatione ad alios colo res ꝛ ad lucem ſeu lucida: vt claruꝫ eſt: ꝛ ppter hoc etiaꝫ lux exiſtens in oculo nō eſt impeditiua viſiōis cuiuſcū q; alterius lucis: ex quo per modū iam dictū neceſſario in viſiōe requiritur: propter ſimilitudineꝫ eñ ad aliam lucem nō eſt impediens: vnde color exiſtens in oculo nō impediret viſionē ſibi ſimilis coloris: ſed bene alios co lores ſibi diſſimiles faceret aliter apparere q̄ ſint: ꝛ ſō ſi oculus nō debuiſſet videre: niſi vnum coloreꝫ potuiſ ſet abſq; impedimento eſſe ſimili colore coloratus: imo etiam color qui inter alios plus habet de luce: minus i̇ pedit iudicium aliorum viſibilium. ℂ Dubium autem eſſet ſi oculus non habuiſſet pro obiecto ſuo colorem: ſʒ ſolum lucem: an fuiſſet neceſſarium tale lumē intrinſe cum ꝛ naturale oculo. ꝛ ſi quis vellet fantaſiari poſſꝫ te nere ꝙ non apparet tamē tenendum eſſe ꝙ ſic ppter vi ſibilia lucida que videntur: ꝛ licꝫ non illuminent aerem vſq; ad oculos. Similr̄ ppter cauſas ſuperius generalr̄ adductas. ꝛ ſm rationeꝫ tactam etiam in ſermone Gal. ſuperius allegato. ℂ Propoſitio auteꝫ dicens ꝙ omne recipiens debet ꝛc. vniuerſalr̄ aſſumpta: ꝛ omni mō eſt propoſitio falſa: ſed de hac dicetur inferius qualr̄ ꝛ q̄uo tractatu de ſenſibus ꝛ virtutibus. ℂ Ad aliam autē ra tionem ſuperius adductam iam plene eſt ſatiſfactū: vt patet intelligenti. Deo gr̄as.

ℂ Utrum oculus ſit coloratus. Qō. xxxv.

Sextodecimo queritur. An oculus ſit colora tus: ꝙ ſic oſtēditur per omnes auctores qui ſermonem faciunt de coloribus oculorum ipſos ponentes eſſe multiplices. Amplius proprium obiectum viſus eſt color: vt pa tet ſcđo de anima. cum igitur oculus ſit viſibilis erit co loratus. ℂ In oppoſitoꝫ arguitur: quia cum oculus de beat omnem colorem: quo ad eius ſpēm ſuſcipere: cum viſio fiat intus ſuſcipiēdo, oportet ipm̄ eſſe abſq; colore cum recipiens debeat eſſe denudatū a natura recepti: vt 3° de anima. ℂ In hoc queſito omnes generalr̄ con cordāt. Et eſt reſpōſio Cōciliatoris in annexo dif̄e. 64ᵉ in qua reſpōſione duas opꝫ preſupponere diſtīctiōes. Prima eſt d̄ colore ꝙ color dupl̄r aſſumit̄. vno mō large ſeu cōiter put idē eſt ꝙ viſibile ſm ꝙ dicitur colorē mo tiuum eſſe viſus ſm actum dyafani. ꝛ taliter ſumendo colorē corpora ſuperceleſtia: ꝛ quecūq; vniuerſalr̄ vidē tur: ꝛ quomodocūq; dicunt̄ eſſe colorata. Uñ pħs 2° de anima: ois enim color motiuus eſt eius qđ ſm actū dya fani: ꝛ hec eſt ipſi⁹ nā. ꝛ magis lr̄a dicit: h̄ eñ ipſi colori eſt motiuū eē ſm actū dyafani: pprīuꝫ eñ oīm viſus ē color: ꝛ h̄ ſumēdo colorē vt iā p̄aictū. qualr̄ predicta vi deant̄ infra appebit. Alr̄ autē accipitur color magis p priē: put accipit pħs in de ſenſu ꝛ ſenſato dicēs ꝙ color eſt extremitas corpis pſpicui termiati p opacū: licꝫ etiā dicat ipꝫ nō eē extremitatē: ſed in extremitᵗᵉ: qđ qualr̄ i telligat̄ appebit: cū de viſu tractabimus: ꝛ ſic ſumendo colorē ſolū hʒ reperiri i mixtis: nō autem in ſimplicib⁹ elementis vel in ſupcelēſtib⁹ corpib⁹. ℂ 2° diſtinctio ē. ꝙ oculus hʒ duplices partes: hʒ eñ corneā oppoſitā fo ramini vuee ꝛ hʒ hūore albugineū ꝛ criſtallinū: ꝛ alias āt partes: vt ꝯiūctiuā vueaꝫ ꝛ multas alias vt cīs p eſt. ℂ His habitis due ꝯ° nes explicant qđ querit̄. Pria eſt ꝙ oculus quātum ad partes ſuas p̄mo naturatas nō eſt coloratus: 2° mō ſumendo colorem: ſed bene eſt colora tus: quo ad predictas partes: colore primo mō aſſum pto. ꝛ hec apparet ꝯ° quo ad primaꝫ parteꝫ ſatis ex ante cedenti queſito: predictus enim color impediret iudici um aliorum colorum: patet etiam quo ad ſecūdā partē cum oculus: quo ad predictas p̄tes ſit viſibilis ꝛ videa tur. ℂ Scđa cōcluſio eſt. ꝙ oculus: quo ad partes ſcđo narratas eſt colorat⁹ colore ſcđo mō aſſūpto: vt colore pp̄rie ꝛ ſtricte aſſūpto: nā ꝯiūctiua vere ē alba: vuea vo eſt nigra: ꝛ h̄ ꝯ° pbatiōe nō indiget: h̄ eſt in quo omnes vniformiter in hoc queſito ꝯcordant. ℂ Ex quib⁹ etiā patet quid dōm eſt ad ea q̄ in pn° ſunt arguta.

ℂ Sed circa hec aliqua volum⁹ heſitare. p° ꝙ oculus ad omnes partes ſit coloratus: nam vbi ſunt cauſe ſuffi cientes nō impeditiue coloris ibi color ḡnari debet: ſed tales ſunt i quacūq; parte oculi: nā ſufficiētes cauſe co loris: vt pꝫ in de ſenſu. ſunt permixtio perſpicui: ſeu dya fani lucidi cum opaco. Sed talis permixtio eſt in qua cūq; parte oculi cum vere ſint corpora compoſita ꝛ mi xta ex quatuor elementis: ꝛ per conſequens ex dyafano lucido ꝛ opaco. ℂ Amplius criſtallina videtur eſſe cor pus terminans non dyaſanum: cuꝫ manifeſte appareat viſui eam penetrare non poſſe: licet ſit corpus terſum, ꝛ politum lucidū: vt ſupradictum fuit. ꝛ per conſequens debet eſſe corpus coloratum per diffinitionem coloris. ℂ Amplius viſio debet fieri in cruciatione neruorum: quare nō i criſtallina: qꝛ tūc q̄ilibet deberet videri du plex: ſed nerui cruciati ſunt colorati ꝛ vere albi: vt clare patet ad ſenſum: ꝛ per conſequens receptiuum coloris non debet eſſe abſq; colore: vt predictū fuit. ℂ Ampli⁹ ſenſus cōis apud oēs ponit̄ eē in cerebro vl' in corde. mō claꝝ eſt ꝙ ſenſus cōis iudicare ꝛ apphēdere hʒ obiecta ppria ſenſuū pticulariū: ꝛ eodē mō illa cognoſcit vt ſenſus pticulares: lʒ opatiōeꝫ hēat illis altiorē ꝛ ab illis diuer ſaꝫ. ḡ ēt organū p̄dicti ſenſus debēs de colorib⁹ iudicare dꝫ eē abſq; colore: ꝛ a colore nō impediri. ꝛ ſi non. ſimilr̄ ēt oculus nō vr̄ debere impediri in iudicio ſeu in cogni tione colorum: ꝙ aūt cerebruꝫ vel cor ſint colorata ap parebit ad ſenſuꝫ. Et iſtud eſt etiā cōtra eos qui ponūt viſionē n[illegible] in oculis: ſed in corde in quo ponūt ime diate om[illegible] fieri ſenſationes vt fuit ille Antonius de Parma. ℂ [illegible]mplius iaꝫ dictū vueaꝫ eſſe vere nigram.

De oculis lupi ꝛ gatte.

Color duplex.

Partes oculi.

Concluſiones.

Sed contra. tūc cū ipsa situet imme⁹ super albugineo humore debebit oīa nigra ostendere: quemadmodū si vitrū nigrū in opposito albuginei poneretur.

¶ Ad ista per ordinē soluendū. ¶ Ad pᵐ dōz. ꝙ nō ois pmixtio dyafani lucidi cū opaco est sufficiens ad causandū colorē: sed ꝯm debitā ꝙtitatem ⁊ determinatam dispositionē: que nō existūt in quolibet mixto: ⁊ ideo lꝫ color verus ⁊ ꝓprie sumptus sit passio mixti: hoc est: qꝛ nō habet aliud subm ꝯsequi nō ex necessitate reperitur in mixto: vt quodlibet mixtū oporteat coloratū existere. Nec tñ est verū qđ dicūt qdam: ꝙ ad hoc ꝙ mixtū sit coloratū: opꝫ ꝙ opacū terminet perfecte dyafanū lucidū: cū videam⁹ multa corpa dyafana: ⁊ quoꝝ dyafanū nō est ꝓdicto mō terminatū: colorata: vt vitra colorata: ali q lapides: ⁊ vitra que visus ptransire pōt qđ nō fieret si eoꝝ dyafanū perfecte terminaret. ¶ Et si diceret devitro ꝙ illud est artificialr: ꝓpter permixtionem alterius corpis colorati secū: ⁊ de lapidibus negaret. ¶ Cōtra. nos videmus vinū coloratū ⁊ mixtū: ⁊ tñ dyafanū: ⁊ ꝙ visus eū penetrat: sic etiam ⁊ alīq liquores q vere sunt colorati ⁊ mixta corpa ⁊ ꝙtumcūqꝫ vitrū fiat artificialiter ꝓsentialiter ꝯm totū sui videt dyafanū ⁊ coloratū ⁊ posse penetrari a visu: ꝓpter qđ ad colorem causari in mixto non necessario illud reqrit: ⁊ per ꝯns etiam apparet ꝙ ꝓsentia coloris in oculo non ꝓhiberet visum: qꝛ ꝓpter illud oporteat esse oculū non dyafanū vt iam aliq asseruerūt: nec etiā videt ꝓbare ꝓfectū iudiciū visus ꝓpter silitudinē quā hꝫ ad colores: cū iam ostensum sit in antecedenti quesito oculū hꝫtem lucē intrinsecā oculū simulē sibi videre: ex quo igit color visionem impediat considera ex ante dictis ⁊ dicendis: cū loquemur tractatu de ꝓtatib⁹ super ꝓpositione dicente ꝙ recipiens dꝫ esse denudatū ⁊c. ¶ Ad 2ᵐ cū dicitur ꝙ cristallina videtur esse corpus terminatū non dyafanū ⁊c. Istud potest negari: ⁊ si contingat visum eā penetrare non posse: hoc est in corpore mortuo in quo cōdensata est ⁊ remota a dyafanitate ꝓpria: vel cū esset etiam altera exteriori agente: vt cum esset decocta vel simili modo transmutata. ¶ Hic tamen potest dubitari: an sicut corpus mixtū aliquod dyafanū pōt esse coloratū: ita aliquod corpus mixtū. cui⁹ dyafanū est ꝯterminatū possit eē absqꝫ colore: si eñ sic posset esse tūc: lꝫ cristallina esset corpus nō dyafanū posset: dūmodo esset absqꝫ colore. recipe spēs colorum: ⁊ illud visu exercere qđ ei attribuitur si sit dyafana. Sed tunc esset dubiū qualr spēs coloꝝ a cristallina deferrent ad neruos obticos: vel ad sensū cōem: sed qualr hec fiat delatio, seu multiplicatio inferius tractatu de sensibilib⁹ erit notū. ⁊ si est modus delatiōis aliquis si cristalina r ōꝫ eē dyafana. ¶ Et posset etiā dubitari: an si cristalina colorata esset aliquo colore impedimētum eēt in visu posito ꝙ ipsa non esset dyafana: qꝛ ꝙ nō debeat visus impediri videt: nam videmus ꝙ speculum est corpus nō dyafanū: ⁊ aliter nō esset speculū: ⁊ tñ in eo omnes spēs coloris rep̄sentantur eiusdem dispositionis vt sunt: vnde si speculū eēt habēs animā visiuam de omnibus coloribus iudicaret: quēadmodū etiaꝫ nobis rectū iudiciū ostendit: ⁊ tamen speculum coloratuꝫ videt: ita etiam debꝫ eē de cristallina: licꝫ sit aliquo colore colorata. ¶ Sed dices primo ꝙ specoluꝫ nō habet colorem: qꝛ speculuꝫ nō est nisi vitrum ⁊ plūbū que non sunt facta vnū corpus: sed solum plūbuꝫ est vitro adherens: ⁊ ideo licꝫ vitrum sit terminatum a plumbo in suo dyafano: qꝛ nō est per veram mixtionē ⁊ transmutationem eoruꝫ in vnum nō causatur color in vitro: vnde pōt recte omnes colores per receptionē spērum illorum representare recte illius dispositionis cuius sunt. ¶ Secūdo dices ꝙ predicte species nō sunt i speculo ꝓut apparent visui. ¶ Cōtra. si omne corpus mixtuꝫ terminatum ⁊ nō dyafanuꝫ est vere coloratum: tunc speculuꝫ de calibe est vere coloratum: ⁊ similr multa vt de argento vel de ferro polito ⁊ terso. Sed illud plus apparet in calibe: cum ergo predictum speculuꝫ representet vere oēs colores ꝯm dispositionem ipsoꝝ accidit ꝙ si ipsum eēt videns ꝙ ex colorato organo nō impediretur visus: quēadmodum etiam visus noster ex colore speculi rep̄sentantis nobis colores nō impedit: ⁊ ꝯm hunc modum si cristallina eēt similr: vt predictū speculuꝫ colorata non dꝫ ex ꝓdicto colore impediri visus: aut oportebit dicere ꝙ qđcūqꝫ tale rep̄sentatiuū: vt speculum dictum nulluꝫ habꝫ colorem: ⁊ silr etiā cristallina: sed illud videt satis extraneū: ⁊ ꝯm hoc dcm̄ opꝫ dicere ꝙ ad ḡnationem coloris nō semper est sufficiēs pmixtio opaci cum dyafano lucido. ⁊ licꝫ predictū opacū terminet perfecte illud dyafanuꝫ: sed aliqd aliud reqrit: ⁊ tu cōsidera illō. ¶ Cōtra 2ᵐ si dicat ꝙ ꝓdicte spēs que visui apparēt nō sunt subiectiue in speculo hoc erit: vel qꝛ sunt subiectiue in aere. vel qꝛ predicte spēs non sunt qualitates visibiles nec in speculo: nec in aere: sed solum sunt ipse res quaꝝ creduntur esse similitudines que vere videtur. Primuꝫ non videt posse dici: cum aer etiā imediatus speculo sit dyafanus sicut alibi: vt nihil visuꝫ terminet: nisi ipsa speculi superficies: hoc etiam apparebit inferius nō eē verum. ¶ Cōtra 2ᵐ nā quātūcūqꝫ illud qđ videt in speculo nō sit spēs: sꝫ res ipsa a qua deciditur: nihilomin⁹ opꝫ predictam visionē fieri mediāte spē existente in speculo que tamē non videt: ⁊ per ꝯsequēs: cū speculum sit sicut qđdam representatiuuꝫ coloris existētis in vitro cū me⁹ eo sit coloris rep̄sentatio. ergo vel ipsum nō erit coloratum: vel si sit sic: ita etiā cristallina aliquē habēs colorem: vt similem colori speculi nō impedier iudiciū visus: aut oportebit dicere ꝙ oino nulla imprimit spēs in speculo nec in aere: sed qd de his spēbus sit sentiēdū inferius pertractabimus: hec aūt incidentaliter hic adducta sint gr̄a disputationis ⁊ nō assertiue: qꝛ de hoc quid sentiendū: vt dictum infra tractatu de virtutib⁹ explicabit. ¶ Ad 3ᵐ ⁊ 4ᵐ simul. qꝛ eodē modo respōdendum quātum ad illud: siue visio fiat in cruciatione: siue i corde: ⁊ silr de sensu cōi: qꝛ quid de hoc inferius loco ꝓprio reseruetur. ¶ Nos eñ tenebimus ⁊ declarabimus sensationes ⁊ cognitiones fieri in eodeꝫ loco ⁊ non plus in corde ꝙ in pede vel in cerebro vł oculo: per diuersa tamen organa in aīa fit diuersarum cognitionū impressio ⁊ causatio: ⁊ ideo per cognitionē quā habet per oculum per nulluꝫ aliud habet organū: sed aliam per illud habꝫ cognitionem. Qđ quidē quātūcunqꝫ sit coloratum non impedit cognitionē que ei per oculum gignitur: ⁊ ħ organis sane dispositio. Quo autem hoc sit inferius reseruetur pulchre ac subtilr pertractādū. Scđm tamē eos qui ponunt visionem fieri in cruciatiōe oporteret dicere alterum duorum: aut ꝙ locus cruciatiōis non est coloratus in corpore viuo: sed dyafanus: ⁊ hoc est dictum ad placitum: ⁊ quasi cōtra sensum: aut oporteret dicere ꝙ nō est necesse organum propriuꝫ visus eē absqꝫ colore: sed solum necesse est eē absqꝫ colore mediū deferens spēs ad visum tam intrinsecum ꝙ extrinsecum: ⁊ illud vt vides non bene posset sustentari. ¶ Et qđ dicitur de sensu cōmuni diceret ꝙ ꝙtūcunqꝫ sensus cōmunis habeat iudicare de coloribus: sicut ⁊ visus nō impedit in predicto iudicio ex colore existēte in organo suo: ꝓpter ipsum nō habere iudiciū: nisi a sensatiōe sensus particularis: ⁊ ideo qꝛ nō habet iudiciū ꝓmū ⁊ imediatuꝫ sufficit illud esse absqꝫ colore in quo fit ꝓmū ⁊ imediatuꝫ iudicium: sed ista dicta nobis nō placēt sed vbi dictū clare reseruent tractanda. ¶ Ad vltimū dicendū illud nō ꝓcedere ꝓpter vueaꝫ esse perforatā in opposito cristalline. vnde si ante oculos poneret vitrum nigruꝫ perforatum per foramen res clare apparerent in forma debita. ⁊ ideo cum homo vult a lateribus videre opꝫ ꝙ foramen pupille situet per illum situm. Et ista sint ad ꝓsens hic de hac mā discussa. fuꝫ. n. hodie fessus: ꝓpter qđ gr̄a breuitatis ⁊ laboris hic ampli⁹ nihil dico. Deo gras.

Speculū an coloratum.

Devisu in cruciatione siue in corde.

¶ Utrum color glaucus: an alius color sit melior in oculo ⁊ significet sup visuꝫ meliorē. Qō. xxvi.

Ecimoseptimo queritur. Quia coloruꝫ meliorem significat oculum: ⁊ meliores visus. ¶ Quod glaucus ostenditur: quia plus videtur de lumine intrinseco participare. lumen autem necessarium fuit oculo ad bonitatem visus: vt preostensum. Similiter in predicto oculo videntur spūs magis clari ⁊ lucidi ⁊ similiter humor cristallinus: que faciunt ad bonitatem visus. ¶ Quod oculus niger sit melior ostenditur: qꝛ est oculus magis vnitus in suis speciebus ⁊ minus a lumine exteriori disgregatus: hoc autem facit ad bonitatem visus vt clarum. Unde volentes recte ballistare vt a lumie exteriori visus non impediat subclaudunt oculuꝫ. ¶ Qđ ocu

Oculus niger melior.

17

lus medij coloris sit melior videtur: quia significat oculum perfectioris cõplexionis et temperatioris. a temperatiori autem cõplexione operationes perfectiores procedunt. ¶ Propter solutionẽ huius questionis oportet perspicere colorum oculorum causas et eorum varietates: quia primum enim attentione dignum quemadmodum licet inspicere omnium auctorum sententiã de coloribus oculorum loquentium: vt phi. de generatione animalium .5. Auicẽne 3° tertij. tractatu 2°. de viriditate oculi. Gal. in tegni. et sic vniuersaliter de hoc loquentes. ¶ Colores oculorum causantur vel propter causas ex parte humorum vel ex parte spirituum ad oculos venientium: vt tangit Joannitius. et merito cum dictum sit supra oculum habere lucẽ intrinsecus ex spiritu. vt vult Gal. vbique: vult enim spiritum oculi esse luminosum: sicut Auic. et Auerroys. primo canticorum de coloribus oculorum. et loquimur ad presens de colore oculi apparente in cornea et maxime in parte opposita foramini pupille de quo supra dictum nõ est proprie. ¶ Cause autem colorum humoribus pertinentium sunt vel ex parte albuginei humoris vel ex parte humoris cristallini. oculus enim predicto modo potest diuersis coloribus esse coloratus secundum diuersam resplendentiã que in humore albugineo causatur immediate sub cornea sic nato. Quapropter Gal. in tegni generalẽ causam glaucedinis oculorum ponẽs: cuius multe sunt particulares cause dixit. glauci quidem oculi splendentes in humiditate pura nõ multa luminis splẽdidi sunt continentia. Cum ergo humor cristallinus fuerit plurime quãtitatis bene lucidus propinquius versus exteriora satiatus et albugineus fuerit clarus et mundus quantitatis pauce potens vel per lumen a cristallino super eum reflexo vel a multitudine spiritus clari et lucidi fit oculus glaucus seu qui vulgariter appellatur albus. et hoc si ex tunicis non fiat predictis causis resistẽtia. Predictum autem colorem vocat Auicẽ. colorem viridem. ¶ Ex contrarijs autem causis fit color niger vt si cristalloides fuerit pauce quãtitatis nõ lucidus in profundo a cornea distans situatus et albugineus fuerit quãtitatis multe nõ clarus et paruus: sed turbulentus: et spiritus ad oculum veniens intense lucis et claritatis: et ex causis medio modo se habentibus: aut quod predicte extremorum colorum cause fuerint remisse. Aut quia cõtrariorum colorum cause adinuicem misceantur fit color seu medij generantur colores ¶ Horum autem dictorum causa est in promptu: quemadmodum enim dictum est: color oculorum de quo ad presens est sermo: nõ est nisi quedã luminis resplendẽtia in humore aquoso albugineo imediate sub cornea situato et in ipsa cornea que visui extrinseco presentatur: talis autem luminis apparentia amplior ex quo oculus apparet glaucus seu albus: vel minima ex quo apparet niger: vel media non potest quãtum est ex parte humorum: nisi e modis predictis euenire: vt clarum est: quemadmodum si aliquis aqua vberet illuminari. ¶ Ex his dictis clare apparet

De oculis glaucis et acutis.

causa quare oculi glauci nõ sunt ita acuti visus in die: sicut nigri. Oculi autem nigri non sunt ita acuti visus in nocte: sicut glauci. Nam si oculus glaucus propter paruitatem humoris a multa luce diei fortius quam possit sustinere mouetur: et ideo confunditur visus. Paucus enim humor minus clarificatur ex multa luce: quãdo autem multa luce confunditur: sicut speculum radijs suppositum non habet motum determinatum ad res visibiles. E cõtra autem minus niari vincuntur a claritate in die: propter humoris multitudinẽ: et ideo in die magis adunatum habẽt visum. E cõtra autem in nocte: quoniã lumen noctis est debilius et tale lumen proportionatur humori pauco naliter melius ad videndum: et ideo in nocte paucus humor mouetur in oculo glauco: et niger econtrario se habet: quia paucum lumen multum humorem mouere non potest. Si autem hec dicta ponantur instantiam cum multipliciter cause predicte colorum oculorum possint complicari et variari: apparebit cum de visu tractabimus. ¶ Cause autem colorum oculorum ex parte tunice est ex tunica vuea que immediate situatur super humore albugineo. nam si ipsa fuerit bene nigra oculus erit niger. Si autem viridis erit viridis: seu si erit subalbida oculus erit glaucus seu subalbidus: et sic secundum diuersos colores eius diuersificabitur color oculorum quãtum est ex predicta causa alijs alijs nõ cõtradicentibus. et causatur in oculo color ex parte solius vuee inter tunicas primo: quia licet cornea et aranea imediate cõtingant albugineum ipse non sunt tunice colorate. Alie autem tunice non imediate cõtingunt albugineum: quia vuea intermediat. Potest autem vuea secundum sui colorem humorem albugineum ostendere: quemadmodum in aere lucido res colorate colorem ostẽdunt vt apparet in multis sensibus. Quis tamẽ sit hic color inferius apparebit. ¶ Sed circa hec statim iminet dubium in antecedenti quesito inductum quod predictus color in albugineo a colore vuee causatus debet impedire iudicium visus. Nec videtur valere quod ibi dicitur quod vuea est perforata. color tamẽ ibi causatus etiã super parte albuginei in foramine pupille cõtangens corneam cum illa sit res que nostro visui opponitur cum oculum intuemur: et de eius iudicabimus coloribus. Nec si dicamus similiter predictum non esse verum colorem: quia nõ minus videtur impedire: sicut si esset verus color nõ maioris intensionis: color enim nõ ideo impedit visum: quia sit a tali vel tali causa. et tu circa hoc considera: quod nunc derelinquimus gratia breuitatis. ¶ Ex dictis autem colorum oculorum causis apparet opinionem empedoclis non esse

Empedoclis opinio falsa de coloribus oculorum.

veram: vt dicit philosophus loco preallegato. et Auicẽ. 3° fen tertij. capitulo de viriditate oculi. Et idem Auicen 19° de animalibus. Auerroys tamẽ 4° colliget. loquens de coloribus oculorum videtur alicui predictarum causarum contradicere. loquẽs enim de causa se tenẽte ex parte humiditatis cristallie. Dicit quod Gal. dicit quod multa humiditas glacialis adiuuat ad faciẽdum subalbedinẽ eo quod color istius humoris est sicut color glaciei: et multitudo ipsius est ad faciendum subalbedinem: sicut paucitas adiuuat ad faciendum nigredinem. et hoc est cõtrarium nostre opinioni. et idem videtur affirmare Auicen. primo canticorum. capitulo de coloribus oculorum. Quidam correxerunt eam literam. quarti colliget. dicentes eam debere dicere: et hoc est cõsonum nostre opinioni: et sic posset dici secundum hoc ad Auicẽ. primo canticorum quod ipse ponens causas subalbedinis oculorum paruitatem solum intendit ex parte albuginei nõ ex parte cristallini Unde dicit. si corpus humiditatis glacialis et albuginee faciunt purum peruum et parue quantitatis etc. Ita quod ly parue quantitatis. solum intelligatur de albuginea humiditate. Auerroys tamẽ ibi videtur principaliter habere intẽtionẽ quod paruitas in cristallino sit causa subalbedinis. nam ponit duas partes albuginei. scilicet claritatem et paruitatem. Ex parte autem cristallini ponit .3. tres. scilicet has duas et eminentiam versus extra: et ideo dicit quod cum iste quinque cause in eodem oculo inueniuntur est vltima glaucedo: si quis vult Auerroym. et Auicẽ. ibi saluare posset dicere: quod id Auerroys dicit verba Gal. esse sue opinioni contraria. nõ quia velit causas Gal. esse veras: sed vt vlterius se subtiliet: vult etiam quod paruitas cristallini possit esse causa glaucedinis: et ideo si ex verbis Gal. intelligeretur/nullo modo est possibile illud esse sue opinioni cõtrarium: sicut sepe etiã eodẽ modo reprehendit Gal. que reprehẽsio nõ est nisi quedã sue ampliatio et subtiliatio: et aliquando verborum nõ bene intellectorum correctio. Possumus autem imaginari paruitatẽ cristallini humoris esse causam glaucedinis primo pro quãto cum paruitate cristallini: vt plurimum videtur cõcurrere paruitas albuginei: et ideo Auicẽ. loco preallegato nõ dixit. solam paruitatẽ cristallini esse causam glaucedinis: sed dixit si corpus humiditatis glacialis et albuginee fuerit paruum etc. et fuit visus dictiõe. et copulatiua: et nõ. vel. disiunctiua ad dandum intelligere illud quod diximus. Et licet Auerroys exponẽdo has causas. distinguit abinuicem. Intendit tamẽ cum sit glaucedo illas saltem in paruitate cõcurrere: imo etiã vt plurimum in alijs. Secundo possemus imaginari paruitatẽ cristallini esse causam glaucedinis siquis imaginaretur oculum nõ habere lumen nisi ab extra. vel etiã a spiritu veniente ad eum: ita quod cristallinus de se nõ haberet lumen: et tunc cum cristallinus est paruus vehemẽtius illuminatur ab exteriori lumine et a lumine spiritus. Nõ sic autem est cum est magnus put patet in aqua profunda: et secundum hoc opinio esset cõtraria Gal. et forte Auerroys hoc voluit: tamẽ Auic. tunc sibi videretur cõtradicere ad ea que dicit 3° can. fen tertij. Illud etiã forte videretur ad sustinendum cum cristallina habeat lumen receptum vndecunque incipiat reuerberare super albugineum: et secundum eius magnitudinẽ ceteris paribus plus habet illud inducere: nec etiã illud quod imediate nostro visui representatur: sicut cornea et albugineus sub ea vt de ea debeat accidere nostro visui quod de aqua profunda dicitur. Sed ad hoc posset responderi ex

quo cristallina nullū hȝ lumen:ꝛ est dyafanus plus valet ad causandū glaucedinem paruitas sua vt simul cū albugineo bene plustret a lumine ꝙ valeat eius magnitudo ex aliqꝛ ali reuerberatione quā faciat super albugineo humore. ꝛ tu omnia hec considera: qꝛ hⁱs videtur innixi colliget quarto loco preallegato.

Colores oculorum quot.

℄ Scōm aūt declarādū leue est. s. quot sint oculoꝝ colores. Generali enim diuisione sunt tres. s. glaucus niger ꝛ color medius. Auctores tñ aliq̄ dis iserūt eos magis ꝑm spāles gradus: aliqñ diuidendo extremū: aliqñ me^m. Quodlibet eñ hȝ grad⁹: ꝛ aliqñ colorē ab vno aliquo noīe nolatū. Alius alio noīe p̄dictū appellat: ꝛ aliū noīe alio ꝛ in summa discordia inter eos non est: nisi in voce: quā particulariter narrare esset tediosum.

Color medius melior omni alio.

℄ His aūt declaratis restat ad illud qđ qͥerit r̄ndere. Ad qđ respōdendū ꝙ color medius inter extremitates melior est omni alio cū quodlibet extremū aliqualē ponat defectū vel vt minus cito patiat: vel vt tardius ꝙ expediat. qđ pꝫ perfecte intuenti causas dictas: ꝛ hoc voluit phs lib. v. de generatione: cū dixit. medius aūt multi ꝛ pauci humidi optim⁹ visus: neqꝫ eñ paucus existēs: nec ꝑpter multitudinē exhibet difficultatē mot⁹. Auic. 3° tertij dicebat. cap°. 2°. Et scias ꝙ medius in omni dispositione haꝝ specieꝝ est equalis: immo sepius in bonitate visus. Ipse enim est equalis ꝛ sonanter dixit superfluus in bonitate visus ad denotandū ꝙ in qualibet operatione extremū sit defectus. hoc est ꝙ extremū appelletur: ꝛ de hoc alibi erit sermo.

℄ Et attende ꝙ oculus in omnib⁹ dispōnib⁹ supra dictis medias existens est melior p̄terꝙ in dispositōe ex spiritu causata: q̄ntitas enim spūs ceteris aliis partibus quāto est amplior tanto est melior: ꝛ ideo glaucedo ex illa cā ꝓcedens ceteris aliis partibus meliorem oculuꝫ significaret aliis colorib⁹. Quapropter dicebat Auicē. cap° de debilitate visus loquens de spiritu. multiplicatio aūt est melior res ꝛ magis iuuatiua. ℄ Sed dubiuꝫ esset quis oculus esset melior an recedens versus vnuꝫ. An versus reliquū in hoc ꝛ in alio. sed in hoc esset nimis ꝓlixitas magna ꝛ essent multe particulares dispositiōes ꝑpter dictas causas coloꝝ esse multas: ꝛ de his satis loquemur infra: cū loq̄mur de visu: ꝛ ideo ad p̄ns nō amplius ꝓlongandū: qꝛ multa ibi derelicta hic tractabunt. ℄ Ad ea aūt que sunt in ꝑncipio adducta: iam ex dictis cōsidera. de aliis instrumentis sensuū aliorū apparebit infra tractatu de sensib⁹. Deo gratias.

℄ Utrū latitudo canne pulmonis sit cā magne vocis ꝛ eius strictura sit cā parue vocis. Questio. xxxvij.

18

Decimo octauo querit. Ad mēbra spūalia descendēdo. ꝛ primo de cāna pulmonis querit. An ei⁹ latitudo sit causa magne vocis ꝛ ei⁹ strictura sit causa vocis parue. ℄ Et ꝙ non. ostenditur. qꝛ femina habet strictiorē cānaꝫ pulmonis masculo cū sit frigidioris complexionis: ꝛ in prima etate strictior est cāna ꝙ in etate iuuentutis: ꝛ tñ in his ambobus in aliquibus aīalibus vox est minor in masculo ꝛ in iuuentute vt in vitulis ꝛ vacha. ℄ Ad oppositum arguit aūcte Gal. in tegni. cū dicit. nō vero ipsa vocis magnitudo ꝛc. ℄ In hoc questio opꝫ prescire q̄ sint instrꝯa vocis formatiua. scđo quot ꝛ que sint vocis differētie: ꝛ q̄liter ad inuicē sint distincte. ꝛ 3° a quib⁹ habeant causis gn̄ari. que oīa sumunt ex dicti phi in pncipal legatis locis. ꝛ Ga. in libro de voce ꝛ de iuuamētis: ꝛ in tegni. ꝛ Auic. 10° tertij. 2° trac. ex quibus aperte apparebit quod queritur.

Vox qd.

℄ Propter pmū ꝙ attende ꝙ cū vox sit sonus quidā: sonus aūt causet ex percussione aeris ad corp⁹ solidū: mēbra vocem formantia sunt mēbra spūalia aerē attrahētia ꝛ expellentia vt pect⁹ diafragma pulmo trachea epiglotum. Ad quā etiā dearticulādā ꝯueniūt lingua dentes labia: ꝛ palatū: ꝛ est vox sonus nō quicūqꝫ: sed ex voluntate ꝛ imaginatōe mētis causatus: vt pꝫ scđo de anima. ꝛ li° de voce: cū inde gn̄a vocū sunt tria ꝛc. que ꝑ alia mēbra nostri corporis a dictis non hn̄t pfici. Predicta aūt mēbra in formādo voceꝫ diuersimode se hn̄t. Nam quoddā est imediatū instrm̄ in quo: ꝛ a quo vox formatur vt pars epiglotalis ꝛ virtus motiua exn̄s in lacerto epigloti p̄dictā partem debite claudens: ꝛ aperiens ꝑm exigentiā formatiōis diuersaꝝ vocū: ꝛ debite aereꝫ detinens mam vox nō sit nisi cū quadaꝫ aeris detētiōe: ita voluit expresse Ga. in li° de voce. ꝛ ideꝫ phs. Unñ Ga. aer ex quo fit vox indiget cursu recto ꝛ stricto. ꝛ in eodē magis circa ꝑncipiū libri. destruit vox tunc qñ musculi qui claudūt destruunt siue illi qui aperiūt saluent siue nō. nō enim addūt nec minuunt in destructiōe vocis. Quedā aūt de mēbris p̄dictis sunt vocis formatiua mediante magis predictū instrm̄ iuuantia ei aerē exhibēdo: sicut velamē ꝛ pectus cū lacertis eū mouentib⁹: ꝛ hoc expresse videas in locis preallegatis.

℄ Propter 2^m vo sciendū ꝙ ꝑncipales drie vocum sunt sex. s. vox magna ꝛ parua: vox acuta ꝛ grauis: vox aspera ꝛ lenis. ꝛ lꝫ reperiant alie differentie vel sunt in istas reducibiles: vel aliquādo cōplicatio pluriū drīarū vno nomine vocis nūcupantur. vel nō sunt ꝓprie drie essentiales. Sed ex aliquo accn̄te superuenīēte voci: vt pꝫ legenti vocū differētias ab Auic 10° tertij. narratas. Predicte aūt differētie ab inuicē differunt. nam vox magna est que multū mouet auditū: parua aūt que paꝝ mouet ꝛ hoc multuꝫ est parum simplr̄ ꝛ absolute intelligendo. Vox aūt acuta est que in breui tēpore mouet auditum: grauis aūt que tarde auditū mouet. Pōt enim esse vox acuta ꝛ grauis tam magna ꝙ parua. Vox autē lenis est que leniter ꝛ equaliter seu vno mō mouet auditū: econtrario autem modo mouens est vox que aspera appellatur: ꝛ ideo vox rauca: lꝫ in generali nomine apud Auic. valde sumatur late pro omni voce cōfusa. Ipsa tamē ꝓprie est vox aspera: ꝛ sic alie sūt ad istas reducibiles: q̄s ꝑpter breuitatem nō discutimus.

Voces sex

℄ Propter 3^m aūt sciendū sicut clare pꝫ per phm loco p̄allegato. vox magna cātur ꝑpter multū aerem qui mouetur. nā hec est imediata cā magnitudinis vocis: ꝛ per oppositū vox parua fit ex paruo aere moto: ꝛ ideo Gal. in tegni. dicebat ꝙ magnitudo vocis fit ex vehementi sufflatione ꝛ amplitudine cāne que pōt multū aerē motuꝫ bene suscipere. Unde q̄tūcūqꝫ esset amplitudo canne posset vox parua esse: ꝑpter paruaꝫ exufflatiōeꝫ modicum aereꝫ mouentē: ꝛ quecūqꝫ cāe sunt cā predictarū cāruꝫ sunt cāe parue vel magne vocis. ℄ Vox aūt acuta causatur ex hoc ꝙ aer qui est mā vocis velociter ꝛ in breui tēpore mouet. Grauis aūt fit ex hoc ꝙ aer tarde mouet. mouetur aūt tarde vel velociter aer non ex eo ꝙ multus vel paucus absolute. qꝛ tunc oīs vox magna esset grauis: ꝛ oīs parua acuta: vt dicit phs: sed ex eo ꝙ multus vel paucus in cōparatiōe ad virtutē mouentē: quēadmodū eñ ipse dicit: siquidē eñ excedat qđ mouetur mouentis vigoreꝫ: necesse est tarde ferri qđ fert: si autē excedat cito: potens aūt ꝑpter vigorē. ℄ Ex quib⁹ apparet q̄re mulier in cōparatione ad virū vt plurimū hꝫ vocem paruā ꝛ acutā. Silr̄ puer in cōparatiōe ad iuuenem. qꝛ enim hn̄t cānam sic strictā: nec etiaꝫ virtutē ita fortem: ꝛ per ꝯn̄s exufflationē tam vehementē hn̄t vocem paruā: qui tñ aer q̄ ab eis mouet est paucus: possūt illuꝫ mouere. Quapꝑ fit in eis vox acuta. Quēadmodū ꝛ conualescentes ex egritudinibus ꝛ debiles ex simili cā vocē hn̄t acutaꝫ: modicū eñ ꝛ valde est qđ de aere mouent ꝛ modicū valde dilatant cānaꝫ pulmonis: cito eñ paucus aer fert: vt dicit phs. Unde Auic. Et scias ꝙ cōualescentes ꝛ debiles ꝛ religiosi similes: cuꝫ debilitate sua ꝑpter paucitatē virtutis eoꝝ sunt q̄si deficiētes ab operatiōe in aere plurimo q̄re coangustat aer. i. nō multum dilatatur in voce: qꝛ paucuꝫ aerē valde mouēt: ita vt acuatur eoruꝫ vox: ꝛ subdit. ꝙ quādo nititur debilis vt dilatet epiglotuꝫ suum ꝛ grauet vox eius. i. magnificetur nō audit oīno: ꝛ hoc est ideo: qꝛ tūc multum est illud qđ vult mouere. vnde virtus i p̄ualet vt nō possit fieri motus cōpletus: ꝛ per ꝯsequēs deficit vox. Fit etiam vox acuta: vt vult Ga. in lib. de voce: ex breuitate cāne. ꝛ grauis ex eius longitudine. ℄ Vox autē aspera cātur ex inequalitate cāne pulmonis a quacūqꝫ cā cōtingat inequalitas p̄dicta: siue a siccitate: siue ab hūiditate inequaliter per cānā disperse: quēadmodū euenit in vere pitta raucedo a qua nō sanant. Similr̄ etiā ex inequalitate cāne accidit asperitas vocis in etate in qua accidit pollutio ꝛ seminis emissio ex euacuatōe p̄dicta: qđ accidit magis in masculis ꝙ in mulierib⁹: lꝫ etiā occulti⁹ vt dicit phs. Fit enim vt dicit: tunc ꝙ vocant ircinare quidam cū irregulariter fuerit vox. Post hoc aūt residente

Quare mulier acutam ꝛ paruam vocē habet.

in ea que superuenientis etatis grauitatē ⁊ vocis acumē. ¶ Vox aūt lenis causat̄ ex equalitate canne. Unde medicine asperitatē remouentes sunt medicine lenientes ⁊ applanātes guttur: vt ptꝫ ab auctorib⁹. Et apparent ex his dictis cause immediate oīm differētiarū substantialiū vocis ex qbus clare ptꝫ rn̄sio ad illud qd̄ quesitū est a p̄ncipio: qm̄ latitudo cāne est reqsita ad vocis magnitudinē: vt ostensum: ⁊ strictura est vna de causis parue vocis.

De vitulis et vachis.

¶ Qd̄ autē inducit̄ de vitulis ⁊ vachis in cōparatione ad boues est dictū p̄hi in 5° de ḡnatione. ⁊ in p̄blemate allegato. Nec dicit ibi p̄hs q̄ vitulus ⁊ vacha habeant vocē maiorē. Sed q̄ habent vocē grauiorē. Bos aūt masculus ⁊ in etate p̄cedēs h̄ꝫ vocē acutiorem ex iām: vt ostensum est: nō est idem habere vocē grauem ⁊ magnam vel acutam ⁊ paruam. Assignat autem p̄hus in 5° cām p̄fati apparētis. p̄mo. q̄ vitulus ⁊ vacha vnus p̄pter etatē: alter p̄pter naturā nō habent partem robustā q̄ mouet aerē: ⁊ ideo multū mouentia de aere sunt grauisona. nā qd̄ multū est tarde mouet̄ maxime a virtute nō robusta. Alia aūt aīalia iuuenta vel femine mouent paucū aerē. ⁊ ideo sunt acutisona. Mouet autē vitulus ⁊ vacha multū aerem eo q̄ vas per qd̄ fertur aer inter alia aīalia distantia habent magnā vim. Unde est magne spaciositatꝫ: ⁊ ideo cogūt̄ mouere multū aeris. Alia aūt animalia habēt p̄dictū vas bene aptatū: ⁊ iō p̄cedente etate quodlibet mutatur ad contrarium. in illis enim p̄pter fieri virtutē robustiorem. vnde velocius p̄dictū mouent aerem. In alijs aūt q̄ augmentatur latitudo vasis plus mouet aeris: ⁊ ideo tardius mouet. ¶ Sed in hac cā esset hesitatio an in vitulo p̄portionabiliter augeatur latitudo canne ⁊ cresceret q̄ntitas aeris mouēdi in cōparatione ad fortitudinē virtutis que auget̄: sicut in alijs aīalibus: q̄ tunc p̄portionabiliter vox nō efficeret̄ grauior. An hoc sit disp̄roportionalr̄ qd̄ opꝫ dici s̄m p̄dicta. In. 11ª aūt p̄ticula de p̄blematibus assignat cām de vitulo dicens: q̄ in vnoquoqꝫ ḡne paruus est simile femine que est in ipso: bouū autē femine magis vociferāt marib⁹: vituli aūt his magis siles sunt sed illa nō est redditio cause: cū de femina sit dubium.

De eunuchis.

¶ Conciliator vero in 10ª particula. de p̄blematibus p̄blemate. 36. cū querit quare eunuchi in qbus factā est corruptio circa organa ḡnationis vt testiculos ⁊ poros spermaticos permutāt dispōnem in femineā ⁊ vocē ⁊c. Reddit cām p̄blematis: ⁊ per p̄sisteriam istius qd̄ querit dicens. Notādum q̄ tauri excisi h̄nt maiora cornua ⁊ vocem maiorem ⁊ h⁹ī signa indicantia magis masculinitatem q̄ prius ante castrationem: qm̄ bos est aīal siccum valde nā: qui cum fuerit non excisus p̄pter motum ⁊ caliditatem eius fundatam in subiecto terrestri desiccatur amplius. p̄pter qd̄ corpore eius indurato ⁊ cōpacto nō p̄ōt in fumos vaporales quicq̄ dissolui ex quib⁹ magnificent̄ cornua: ⁊ illa etiā de causa habēt vocē acutam cum arteria sit sicca ⁊ solida valde. cum aūt castrātur temperatur natura eorū a siccitate superflua: ⁊ corpus leditur humorib⁹ nimis siccis terrestribus plenū: ita q̄ possit ex eis fumi resolui ⁊ in cornua trāsire. Similiter cum arteria ⁊ instrumenta vocis reddant̄ nimis sicca ⁊ solida participantia humiditate aliq̄ vox ex acuta mutatur in grauem: qualem habēt vacce ⁊ vituli. Et s̄m hanc cām si consideras non videt̄ q̄ causa acute vocis vel grauis sit solum velox motus aeris vel tardus: sed etiā siccitas vel humiditas cāne. Nisi quis p̄terue vellet dicere q̄ aer velocius mouet̄ per cānam siccam q̄ per humidā: cum tamē cōtrariū possit euenire. cū velox motus aeris. vel tardus extra voluntatem operantē fiat s̄m fortitudinem ⁊ debilitatem p̄dictoꝝ membroꝝ in cōparatione ad aerem velociter motū: vt supra dcm̄.

Vox acuta.

¶ Et ideo attendendū q̄ vox acuta vel grauis in noīe suo sumit̄ etiā pro voce bene sonora vel obtusa que appellaretur vox subtilis. ⁊ grossa seu turbata ⁊ tenebrosa q̄ he due differētie sunt. multū propinque ⁊ modicum differentes. ¶ Siquis ḡ velit imaginari vocem aliquā fieri in cāna sicca ⁊ aliquā fieri in cāna hūida. cū equali velocitate motus aeris: sicut possibile est. si cōsideras cām velocitatis motus: ⁊ cum equali q̄ntitate aeris moti: habet dicere q̄ predicte voces q̄ntum est ex causis supra assignatis ex dictis p̄hi essent equalr̄ acute vel eq̄liter graues vel equaliter magne vel parue: ⁊ tamē nulli dubium q̄ vna istarum aliter esset sonora ⁊ aliter faceret impressionē in auditu q̄ alia. Et illa a cāna sicca p̄ueniens vocaretur acuta seu subtilis seu clara: ⁊ alia grauis seu grossa seu obtusa ⁊ tenebrosa. vt etiā ponit Gal. in lib. de voce loquens de siccitate ⁊ hūiditate canne: p̄pter qd̄ etiā s̄m dispositionē cāne pulmonis habēt etiā predicte fieri voces seruato motu equali ⁊ vniformi in aere mobili: seu etiā quātitate illius: sicut etiā h̄ p̄ōt fieri ex sola dispositione aeris predicti ⁊ seruati. q̄ satis p̄pinquum est siue mutet̄ cāna: quia est corpus ad qd̄ fit percussio: siue mutet̄ corpus percutiens. Qd̄ aūt illud eueniat apparet per dicta q̄nto de generatiōe loco p̄allegato: cum dicit. Eius aūt qd̄ est natura hec quidē talia cōstitui animaliū vt sint grauis vocis. hec autem acute vocis ⁊ cā est ⁊ caliditas loci ⁊ frigiditas. calidus quidem enim spiritus p̄pter spissitudinē facit grauitatem: frigidus aūt vt supra magis clarus ⁊ siccus p̄pter subtilitatem cōtrariū. Palam hoc aūt ⁊ in fistulis. calidiori enim spiritu vtentes ⁊ tale emittentes quale qui perfecte etatis grauius fistulāt. ⁊ s̄m hec dicta vides q̄ s̄m cām assignatam in vitulo ⁊ vacha supra a p̄ho grauitas illa fit ex veloci ⁊ tardo motu aeris. Scd̄m autem eam que Cōciliatoris acuitas ⁊ grauitas ex alia causa assignatur ⁊ aliter aliqualiter assumuntur: ⁊ tu considera. Deo gratias ⁊c.

¶ Utrum motus anhelitus sit motus naturalis vel voluntarius. Questio. xxxviij.

Decimonono queritur. An mot⁹ anhelitus sit motus naturalis an voluntari⁹. ¶ Hoc quesitum a multis est discussum. Est enim in hoc apparēs discordia inter Gal. ⁊ Auerroym: ⁊ similiter inter doctores de hac materia discrepantes. Dynus in glosis quas composuit. licꝫ non compleuerit super lib. Ga. de vtilitate anhelitus. imitatus est Auerroym: quem etiam imitatur Gentilis de fulgineo in glosa supra 10ª fen tertij. licet in aliquo videant̄ aliquātulū discordare. In q̄ōne tñ generali Dynus in titulo p̄prio de hoc disputauit ⁊ imitatur Gal. ad vnguē: quā etiā asserit Cōciliator in annexo 2° 99ᵉ dr̄ie. vt ergo h⁹ quesiti breuiter enucleet̄ s̄nia. Opꝫ declarare q̄s motus sit motus anhelit⁹: ⁊ q̄ sint mēbra h⁹ motus effectiua. Scd̄o quis mot⁹ sit nālis ⁊ quis voluntarius: ⁊ que ipsoꝝ dr̄ia.

Mot⁹ anhelitus.

¶ Propter p̄mi notitiā sciendū q̄ motus anhelitus est motus dilatatiu⁹ ⁊ p̄strictiuus pectoris ⁊ pulmonis ad attrahendū aerē frigidum ⁊ expellendū calefactum ⁊ capinosos fumos ad euentationem caloris p̄ncipalr̄ in corde existētis: ⁊ ex p̄nti totius adinuenti. Mēbra aūt hunc motum perficientia sunt diafragma pectus ⁊ pulmo. ¶ Est tamē discordia inter Ga. ⁊ Auerroym: cuius hoꝝ mēbrorum virtute effectiue hic motus causet̄. fuit enim in hoc opinio Gal. q̄ hoīe existēte in dispōne sanitatis nulla alia cā tp̄m incitante ad aeris attractionem solius motus diafragmatis perficeret̄ anhelitus: ⁊ q̄ tā ab ipso diafragmate mouet̄ pectus ⁊ pulmo. nulla virtute in eis existēte ad hoc operāte: ⁊ vult hoc Ga. in li° de causis respirationis: ⁊ q̄rto de interioribus. Et videtur hoc experientia inuenisse. Apparet enī experientia q̄ nobis quiescentib⁹ ⁊ bene dispositis nullus fit mot⁹ nisi circa loca diafragmatis. Et idē expresse sentit Aui. 10ª. fen tertij. Si aūt sit aliqua necessitas cohibēs: vt ex egritudine vel exercitio tūc motus diafragmatis iuuetur motu lacertoꝝ pectoris: pulmo tamē nullū habꝫ in anhelitu apud Gal. p̄prium motū: sed solū mouet̄ motu pectoris. ⁊ dat Ga. modū in libello de motu toracis ⁊ pulmonis. ⁊ hoc est vi vacui. cum enim dilatat̄ pect⁹ ne remaneat vacuū inter pectus ⁊ pulmonē. assequit̄ eum pulmo: cuius signū est. nam vulnerato pectore vt ingrediat̄ aer inter pulmonē ⁊ pectus cessat mot⁹ pulmonis tanq̄ cessante causa: p̄pter quā fierent motus ei⁹. Amplius pereūte motu pectoris perit motus pulmonis: sꝫ nō ecōtrario: ⁊ iō pulmo videt̄ ab illo moueri. Amplius pulmo nō mouet̄ motu p̄prio volūtario: cum. talis fiat mediāte neruo ⁊ lacerto ⁊ hec nō sunt in pulmone: nec mouet̄ motu naturali cū talis motus manifestus localis. ⁊ silr̄ etiā voluntarius nō habeat fieri nisi mediātibus villis vt de v̄tutib⁹ 3° ⁊ p̄ma p̄mi de mēbris. Sub͡a aūt pulmonis nō hꝫ villos: ⁊ hanc s̄niam affirmat Gal.

4° de

4°. de interiorib⁹. ꝛ 6°. de vtilitatib⁹ particulariū: ꝛ liba liabbas 3°. theorice. ¶ Auerroys tamē 2°. colliget sentit cōtrariū. vz. ꝙ pulmo in anhelitu moueat dilatatiue et cōstrictiue ꝓprio motu: ꝛ nō a pectore: qḋ ipse probat: qꝛ tunc motus pulmonis esset violentus: cū inesset sibi ab extra. Et mouet̄ ſm eum sic pulmo ꝛ pectus ꝙ vnū non mouet̄ absq; reliquo ꝛ ecōtra: ꝛ cū cessat motus vni⁹ cessat motus alterius ꝛ econtra sunt em̄ in hac ꝓprietate adinuicem simul vniti cū ad vnicum moueant̄ finē: non tamen motus vnius est cā motus alterius. ¶ Nos autē credimus vtrāq; istaꝝ opinionum sustentari posse: qḋ enim Auerroys arguit ꝙ motus pulmonis esset motus violentus: ꝛ per consequens nō posset tota vita perdurare. negat̄ ṗdictū motum violentū esse. Et cū dicit̄ ꝙ mouetur ab extra. Dicendum ꝙ nō mouet̄ ab extra totaliter nā cum oēs ptes nostri corporis vnum numero cōstituāt corpus si vna mouet aliam nō ꝓpterea dꝫ dici illa moueri ab extra ꝛ violenter: sicut lꝫ muscul⁹. domesticus focilis brachij moueat manum: nō ꝓpterea dicunt̄ manus moueri ab extra ꝛ violenter: sed nāliter vt nāle distinguit̄ cōtra violentum. ꝛ non vt distinguit̄ cōtra voluntarium. ¶ Silr etiā qḋ arguit Gal. pōt solui: qḋ em̄ ṗmo dicit ꝙ vulnerato pectore vt igrediat̄ aer inter pectus ꝛ pulmonē cessat motus pulmonis pōt solui: vt dꝫ Auerroys: qꝛ tunc cessat motus pulmonis: qꝛ infrigidatur pulmo ꝛ alterat̄ ab aere veniente ad eū. vnde nō dꝫ nec est dispositus ꝓut esse dꝫ: lꝫ Cōciliator videat̄ hoc velle remouere differentia. 99°. ꝙ nō statim infrigidat̄ ꝛ alterat̄ pulmo vulnerari: sed Auerroys hoc negaret. Uel aliter ēt forte hꝫet Auer. dicere ꝙ nō cessat motus pulmonis nisi per illud vulnus cesset mot⁹ pectoris: cū iam dixerit illa duo mēbra esse coniuncta in ꝓprietate vna: cum vnum nō moueat̄ ab alio nō moto ꝛ ecōuerso. ꝛ moueat̄ ab alio moto ꝛ ecōuerso. Alr videt̄ in dictis eius cōtradictio: ꝛ ideo si cōsideras posito ꝙ dixit Ga. pro vero ꝛ volendo tenere: qḋ dicit Auerroys de cōiunctiōe horum duoꝝ mēbroꝝ in motu verisimilior videt̄ opinio Gal. ꝙ̄ Auerroys absq; fallo. lꝫ aliquāꝛ ꝓteruiendo ꝛ aliqua ad beneplacitū affirmādo possit: vt dictum est. Auerroys opinio defendi. ¶ Et qḋ vlteri⁹ dꝫ in alio medio a. Ga. negaret ab Auerroy: cuiuslibet em̄ coꝝ motus pereat perit mot⁹ alterius. ¶ Qḋ aūt vlterius arguit̄ ꝙ nullo motu pōt pulmo moueri: qꝛ nō habet villos certe inferius ostēdet̄ ꝙ hoc nō ꝓhibet motū localem mēbri. lꝫ qualiter ꝛ quō dicem⁹: ꝓut etiā supra affirmauim⁹ in q̄stio. 12°. hui⁹ tractat⁹. ¶ Credimus tm̄ nos: lꝫ neutra istarum opinionū possit demōstrari: verisimiliorē esse opinionē Gal.

Mot⁹ triplex.

¶ Propter scōi euidētiam est sciēdū ꝙ apud Gal. ꝛ Ds. nus maxime insequitur hanc snīam: motus est triplex. quidam est voluntari⁹ simplr ꝛ de intētiōe ṗma q̄ ē motus qui insequit̄ appetitū cōsequentē deliberationē et cōsiliū cui obedit virtus motiua exñs i musculo vel neruis mediāte spū cerebri: ꝛ in eo tēperato. quidā est motus nālis simplr de intētiōe ṗma q̄ directe fit absq; aliqua illaꝝ cōditionū: sicut est mot⁹ stomaci matricis venarum ꝛ naturaliū ꝯsimiliū mēbroꝝ: qui mot⁹: lꝫ fiat et fieri possit sensatiōe ṗcedēte: illa tm̄ sensatio nec ille motus est cū appetitu ante insequēte deliberationē ꝛ cōsilium. Quidā aūt est mot⁹ medius inter istos qui nec est simplr voluntari⁹ ꝛ de intētiōe ṗma. sed ſm quid voluntarius seu de intentiōe scḋa. nec simplr nālis ꝛ de intentione ṗma sed ſm quid volūtarius seu de intentiōe secūda. ꝛ ſm quid naturalis seu de intentione scḋa ꝛ hoc qꝛ ṗticeps est vtriusq; istarū cōditionū ſm aliquid. vnde etiā pōt fieri ſm imperiū volūtatis. nec simplr ſm volūtatis imperiū cohiberi pōt. Auerroys tm̄ 2° colliget. vr̄ velle ꝙ omnis motus signabilis vel est naturalis vl̄ voluntarius: nec est alius ṗter istos: est tm̄ dare motū cōpositū ex his duob⁹: qḋ nō pōt intelligi nisi altero duorum modoꝝ: vel qꝛ motus sit cōposit⁹. qꝛ ad eū faciēdū cōcurrāt duo mobilia: quoꝝ vnum mouet̄ motu naturali. ꝛ aliud motu voluntario. vel ꝙ per vnum mēbꝝ moueat̄ duplici motu volūtario ꝛ naturali. Et hoc posset etiā diuersis tēporib⁹: qꝛ aliquādo mouet̄ motu voluntario: ꝛ aliqñ motu naturali: ꝛ aliqñ simul in eodem tempore: cum simul concordaret voluntas cum virtute naturaliter motiua. Et lꝫ aliqui dicant hanc cōpositionē esse immu. mot⁹ de quo nō curādum. ¶ His habitis respondent ad quesitū sequētes opinionē Galieni ꝙ motus pectoris nō est volūtarius simplr: ꝛ de intētione ṗma. nec est naturalis simplr: ꝛ de intētione ṗma. lꝫ ē volūtarius ſm quid ꝛ de intētiōe scḋa. ꝛ silr nālis ſm qd. ꝛ de intētione scḋa: ꝛ silr est de multis aliis motib⁹ vt palpebre: ꝛ de motu tussis. Ista aūt statim patēt p declarationē motuū immediate factā. ¶ Sequētes aūt opinionē Auer. tenent ꝙ ṗdict⁹ mot⁹ est cōposit⁹ ex nāli ꝛ volūtario. ꝛ aliqui iā tenuerūt ꝙ ṗdict⁹ mot⁹ est sic cōposit⁹ qꝛ ad eū cōcurrūt duo mobilia: quoꝝ vnū mouet̄ nāliter vt pulmo: ꝛ aliud mouet̄ voluntarie vt pect⁹: ꝛ istud remouet̄ a quibusdā si intelligat̄ solū ibi esse talis cōpō ex parte mobiliū: qꝛ tūc pect⁹ mouet̄ volūtarie: cū tm̄ sepe sepi⁹ absq; volūtate appeat moueri. ¶ Alij ēt tenēt ꝙ ēt mot⁹ soli⁹ pectoris est cōposit⁹ ex volūtario ꝛ nāli: ita ꝙ idē mobile mouet̄ ꝛ volūtarie ꝛ nāliter: vt fuit ille Gentilis de fulgineo. ꝓpter qḋ notat ꝙ apud Auer. lꝫ omnis mot⁹ volūtarius fiat mediāte musculo vl̄ neruo nō est vis. mō. tm̄ nō ois mot⁹ musculi est volūtari⁹: quia pōt sibi inesse ēt motus naturalis. ꝛ ideirco pect⁹ mouetur volūtarie: ꝛ mouetur ēt nāliter. ꝛ sic ď silib⁹ motib⁹. Musculus em̄ vt dicūt pōt moueri per virtutē naturalē nō cognoscitiuā cui ꝯparat̄ sicut subm: nō tm̄ adequatū que inest musculo per arteriam datam sibi a corde ꝛ spiritum eius. voluit ergo Auer. ꝙ mot⁹ volūtarius nō fieret absq; cognitione ꝛ volūtate: ꝛ ꝙ motus nālis est ille qui fit absq; cognitiōe ꝛ volūtate: ꝛ dicūt ꝙ nunꝙ vidit Auerroys ꝙ inter hos duos modos motuū esset dare mediū nisi per viā cōpōnis ꝛ adunatiōis motoris nālis ꝛ motoris volūtarij sup vno mobili: sicut diceremus ꝙ motus quo aial ad deorsum saltat est naturalis ꝛ volūtarius. i. a volūtate ꝛ iclinatiōe elemēti dn̄antis. ¶ Nobis aūt apparet hāc discordiā plus in voce ꝯsistere ꝙ̄ in re: nā qḋ dꝛ in opiniōe Auer. ꝙ ois mot⁹ qui fit absq; cognitiōe ꝛ volūtate est nālis simplr: ꝛ sic ille qui fit a volūtate mediāte est volūtari⁹ hꝫet inferre ꝙ mot⁹ pulmonis aliquis esset volūtari⁹: sicut aliquis mot⁹ pectoris est nālis: qḋ apud eū est falsum: cum nō moueatur virtute nerui vel musculi: ꝛ ois motus talis fit vsilis mediātibus: lꝫ non ois mot⁹ illoꝝ sit voluntari⁹. ꝓbat̄ ꝯña. qꝛ mouemus pulmonē dū volum⁹. cū anhelem⁹: aliqñ cū volumus. Mot⁹ aūt anhelitus non pōt esse absq; motu pulmonis. ¶ Nec valet si dicat̄ ꝙ virt⁹ volūtarie motiua nō est in pulmone: sꝫ in pectore ad qḋ veniūt motiui nerui a cerebro: ꝛ pulmo hꝫ hāc ꝓprietatē: vt supra dcm̄ ꝙ semp mouet̄ cū pectus mouetur: ꝛ eꝯ. ꝛ iō nō mouet̄ per virtutē volūtarie motiuā exñtem in eo. Istud dictū ṗmo est dcm̄ satis ad placitū si perdēdia. ¶ Scḋo non valet: qꝛ cum pulmo moueat̄ virtute ꝓpria apud opionē Auer. ille motus dꝫ appellari apud eū voluntarius qui fit a virtute mouente mēbꝝ ad placitū voluntatis: ꝛ talis est virt⁹ motiua pulmonis. ¶ Amplius sicut aliquis motus. lꝫ fiat cū calore cerebri: ꝛ cū musculo ꝛ neruis nō dr̄ volūtari⁹: qꝛ fit lꝫ volūtas nō imperet: ita motus q̄ fit ſm imperiū volūtatis ꝛ a ɏtute obediente imperio volūtatis: ꝙ̄tūcūq; nō fiat mediāte musculo vel neruo dꝫ dici volūtari⁹: ꝛ hoc per notificationē motuū ab eis positā. ¶ Amplius apud eos Auer. nō vult ꝙ sit dare mediū inter motū nālem ꝛ volūtariū. tūc ergo q̄ratur de motu pulmonis: cū hō volūtarie anhelat. ꝛ clarū est ꝙ talis mot⁹ nō ē simplr naturalis: cū sit volūtate iꝑante nec est simplr volūtari⁹ cū sit absq; musculo vel neruo. ¶ Apud opinionē aūt Ga. nō sequunt̄ hec: cū ponat pulmonē nō moueri ɏtute ꝓpria: sꝫ vl' vacui ad motum pectoris: qꝛ ergo mot⁹ pectoris ꝯñam hꝫ cū mēbris qui dicunt̄ voluntarie moueri: ꝛ qꝛ pōt moueri volūtarie: ꝛ qꝛ nullū pōt facere motū: quē etiā absq; iꝑio voluntatis exercet absq; ɏtute nerui ꝛ calore cerebri pōt ex hoc voluntarius appellari mot⁹: qꝛ tm̄ ab illis membris differt: qꝛ pōt moueri ēt ꝯ iꝑiū volūtatis vel volūtate nō iꝑante: sicut faciūt organa seu mēbra q̄ nāliter mouent̄ pōt ṗdictus motus nālis appellari: ꝓpter quas causas: qꝛ cū neutro ex toto cōueniebat Gal. dixit ṗdictū motū esse nālem ꝛ voluntariū de intentiōe scḋa: ꝛ nō simplr ꝛ ſm dicta Auerroys cōcluderetur ꝙ nō eēt simplr aliquis illoꝝ: qḋ cōcederet̄: ꝓpter qḋ discordia ṗfata maxime est in voce: ꝛ quodā alio respectu vnus an

De pulmonis motu.

heliтus pōt appellari motus volūtarius qui est volūtarius simplr cū simplr fit fm imperium volūtatis. ꝛ hec sunt multū clara. si cōsideras oīa antedicta. ¶ Sed dices tenēdo opinionē Auer. de motu pulmōis est ne motus pulmonis naturalis vel volūtarius. ¶ Ampli⁹ motus pectoris cū fit volūtate nō imperāte est ne pcise ab eadem ꝟtute ꝛ ab eodē calore ꝛ spū: sicut cum fit imperāte volūtate: ꝛ si sic que fuit necessitas diuersitatis hui⁹ membri ab illis que mouētur voluntarie vel que moāē tur naturaliter. ¶ Amplius sunt multi alij motus qui reperiuntur in multis aliis mēbris que mouentur volūtarie simplr: ꝛ fiunt absqꝫ omni pmeditatiōe ꝛ volūtatꝫ imperio sicut apparet in multis motibus consuetis mītis hominibus quos ipsi sepe faciūt non premeditādo. ¶ Ad primū dicēdū ꝙ motus pulmonis pōt appellari ꝛ naturalis ꝛ voluntarius ꝛ medius siue quodlibet illorum fm quid: ꝛ hoc diuersis cōsiderationib⁹ fm quas pdictum placet diuersimode nominare motum: ꝛ fm hoc opꝫ negare illam ppositionē esse vniuersalē: ꝙ omnis motus voluntarius fit mediante musculo vel neruo fm ꝙ ille est motus voluntarius qui fit imperante voluntate: ꝛ ille naturalis qui fit nō imperante volūtate: vel ēt cōtradicēte: vel etiam ꝙ ille motus pōt aliquo mō volūtarius appellari qui cōtinue fit virtute cōcordante ꝛ cōiuncta in motu cū virtute volūtarie motiua: ꝛ apparet etiā ꝙ ista nō est ibi quedā diuersitas in cōsiderationibus ꝛ nominib⁹: sicut iam ante dictum. ¶ Ad scōm dicendum ꝙ lꝫ posset esse diuersa imaginatio fm diuersū modū tenendi principatum cerebri in motu volūtario. Si quis enim teneret ꝙ solo spiritu cerebri fieret mot⁹ voluntarius: ꝛ ꝙ spūs cordis non operet in eo: sed solū in cōseruatione vite in mēbrorū ꝛ operationibus naturalibus haberet teneri ꝙ cum pectus mouetur pure volūtarie seu diafragma mouet solo calore cerebri. Cū autem naturaliter vel voluntate nō imperante nō solo cerebri: sed pncipalr cordis: ꝛ hoc notat Auer. loco pallegato. Siquis aūt tenet ꝙ etiā motus volūtarius fiat pncipaliter a spiritu cordis. lꝫ modificet a spiritu cerebri hꝫ tenere. ꝙ ab eodē calore ꝛ ab eadem mensura moueat pectus cum mouet voluntarie: ꝛ cum mouet naturaliter seu nō imperante volūtate: qꝛ si sic nō esset iam neruo inciso veniente ad pect⁹ portante a cerebro calorem lꝫ impeditus esset motus pectoris volūtarius: nō tamē eius naturalis motus vel qui fit phibēte voluntate eēt impeditus cū in eo esset sofficiens causa motus naturalis. s. calor ꝛ spiritus cordis: ꝛ ꝙ pdict⁹ mot⁹ cessat impedito seu inciso neruo. Si ergo queraт q̄ est causa diuersitatis hui⁹ mēbri ab aliis dicēdū ꝙ multa necessitas h⁹ operis fuit cū vt aīata virtus cōiungeretur naturali ad hanc opationē exercendā: vt ab illa iuuamentū reciperet qꝺ tetigit Ga. in cōmēto affor. Apoplexiā forte soluere impossibile ꝛc. Nec intelligas has ꝟtutes esse diuersas s. aīalem ꝛ naturalē: vt infra appebit: lꝫ instrā quib⁹ aīa opatur opōnes diuersas: sunt diuersa. corp⁹ ergo nostrūꝫ ab aīa regit ꝛ organizatum est put expetunt opatiōes: q̄ organizatio admirabilis est in suis diuersitatib⁹: que oīa sunt ꝟtute diuina. Et queret particulariter quare taliter ꝛ sic sūt disposita ꝛ nō aliter nō est possibile aliā rōnem adinuenire: lꝫ talia pfecte sunt nota deo gloriosissimo ꝛ excelso ¶ Ad 3ᵐ dicendū ꝙ tales motus possunt volūtarij dici pro quāto fiūt cuꝫ calore ꝛ spiritu: cū quo fit volūtari⁹ motus absqꝫ quo non fierent: fiunt tñ absqꝫ premeditatiōe: aliqñ pper habitum acquisitum ex multitudine pdictorum actuum. Aliquādo aūt ex stimulatiōe cū imaginatione vincēte circa actum illum simul concurrente dispositione particulari in membrorū vel etiam si imaginatio nō concurreret. sicut accidit de pueris mingentib⁹ in lecto tpe somni: si eīn sensus sint in somno ligati: non tamē ex toto. psūt etiā pdicti mot⁹ naturales appellari p quanto nō cōcurrit ibi volūtas imperans: vt nō voluntarium: qꝺ nō est violentū sit idē qꝺ naturale: ꝛ sic questio plus esset in voce de quo non curandam ꝛc. Deo grās.

¶ Utruꝫ cor inter oīa mēbra corpis pmariū obtineat pncipatū. Q̄o. xxxix.

Vigesimo queritur. Ad ea que cordi ptinent descendendo. Utrum cor inter oīa membra corporis primarium obtineat principatum.

¶ Qꝺ non ostenditur: quia nobilitas membri videtur ei inesse ex nobilitate cōplexionis cum complexio sit saltem causa in loco pncipalis instrumēti omnium eorum que in nobis. sed multa alia membra videntur nobilioris cōplexionis ꝛ melioris ipso corde: cum sint magis tēperata ꝛ in extremis qualitatib⁹ refracta: ex hoc enim cōplexio humana perfectior reliquis creditur. Qꝺ idē videtur debere de mēbris in tali adinuicem comparatis. ¶ Amplius cor ponit calide ꝛ sicce cōplexionis. Sꝫ simile videtur de mēbris: sicut de corpibus: sed inter corpora corpus calide ꝛ humide cōplexionis est melioris ꝛ perfectioris opōnis. ergo silr erit de membris ꝙ: aliud erit pfectius membrū corde: quare cor nō erit pncipatū obtinens. ¶ Amplius cerebrū videtur multis operationibus amplius dominari corde. ergo cor in oībus nō est pmū pncipiū. 9ña est nota. ꝛ antecedēs apparet. qꝛ operatiōes animales plus ledunt ex lesiōe cerebri q̄ ex lesiōe cordis: vt pꝫ experientia: ꝛ similr ex eius recuperatione plus recuperatur.

De corde

De cerebro.

¶ In oppositum est vniuersaliter omnis cetus auctorū quasi qui innituntur dictis pmi pbi: quos ibi nō expedit allegare tanq̄ clarum.

parte q̄ in alia. Dico q̄ nullus est aer de quo sit verū dicere q̄ moueat super illa corpora per aliqḋ spacium: q̄n pmo sit in aliqua parte illius corporis q̄ in alia: nullus tamen est aer talis de quo sit verū dicere. iste aer mouet in apertione ab extremitate: vsq̄ ad mediū anteq̄ aliquis alter aer sit replens mediū: ⁊ hoc q: nullus est aer. qui pmo ingrediatur inter predicta corpora: quin alius prius interuenerit ꝓpter nō esse ista corpora sic apta: q̄n primo fuer int apta. Quapp̄ nō sequitur q̄ sit dare vacuū. Et simil'r dicēdū est de clausiōe: q: nullus est vltimus aer qui egrediatur ab istis corporib⁹: quin postea egrediatur alius aer: ⁊ idcirco ratio nō tenet. Et sūt hec multum clara bono logyco ⁊ bono pho: ex quib⁹ euitatur ē qḋ inducitur de aere ab arterijs attracto vel ab illis expulso: vt clare apparet absq̄ longiori sermone: permansimus enī nimis in hac materia ⁊c. Hec credidit Conciliator: ⁊ grosse loquutus est. ¶ Ad tertium motiuū cum queritur: an aer qui attrahitur ab extra per arterias ꝑueniat vsq̄ ad cor: ⁊ qui a corde expellitur per arterias perueniat ad totam arteriam. Dōm q̄ aer qui attrahit ab extra per arterias quātum ad sui partem potest ꝑuenire vsq̄ ad cor: ⁊ simil'r est possibile: q̄ etiā de aere qui a corde peruenit ad arterias: perueniat ad totā arteriā non tamē in qualibꝫ dyastole aer qui ab extra attrahit peruenit vsq̄ ad cor: neq̄ qui a corde venit in qualibet expulsione cordis peruenit ad totam arteriā: sꝫ cū hoc fit in pluribus fit attractiōibus. ¶ Sed tu dices. vnus aer impediet ingressum alterius. dicendum q̄ nō: q: ꝑdicti aeres adinuicem permiscētur similiter aer qui ab extra attrahitur per arterias, non peruenit ad cor tēpore quo arteria dilatatur: cum tunc cor ad eam expellit: sed peruenit ad eū tēpore quo arteria constringit versus cor: ⁊ tunc cor dilatatur: ⁊ tunc non expellit ad arteriam. Cogita enim q̄ in dyastole arteriarū arteria attrahit a corde ⁊ ab extra: ⁊ etiā a venis: ⁊ ideo non semper in qualibet attractione attrahitur ad totā arteriā quicquid attrahitur. ⁊ considera de his dubijs: quia ea non inuenies ab alijs doctorib⁹ pertractata. ¶ Sꝫ queres. que est causa cur arterie possint simul dilatari cum cor dilatatur ⁊ ꝯstringi ⁊ difformiter valde moueri ipsi cordi: ⁊ etiam in suismet partibus ipse vt plurimū corpore existēte sano ⁊ bene disposito omnes vniformiter dilatentur adinuicem corde constricto ⁊ dilatato ꝯstringuntur. ¶ Amplius cum in corde ⁊ arteria magna adorti sit multum intensa caliditas respectu aliarū arteriarum corporis: q̄ pulsus cordis ⁊ illius arterie deberet esse frequentior pulsu aliarū: sicut arterie pulsus corporis calidi vel febricitantis est frequentior pulsu aliarum corporis frigidi: vel cum non febricitat: ⁊ si sic tunc non semper dilatato corde constringūtur arterie ⁊ ecō͂ vt patet de corde respectu pulmonis. ¶ Ad primū dicendum q̄ aptior est euentatio corde constricto si arterie ꝑm se totas dilatentur q̄ si non. Nam scito. cum arteria dilatatur ꝑm se totam aer qui attrahitur ad arteriam melius eam euentat: siue habeat pertransire ꝑ totam: siue non haberet pertransire per totam: melius tamē ab eo aere proueniet alteratio in tota arteria q̄ cū esset clausa vt clarum est: ⁊ ideo cum arteria ad constrictionem cordis in loco vbi est cordi coniuncta necessario dilatetur: vt vna superius posuit conclusio. ꝑm totā arteria: ⁊ sic omnes dilatantur vt promptior fiat euentatio: tam illa que recipiunt ex corde: q̄ etiam illa que ab exteriori aere assumunt ⁊ prompte: similiter attrahitur ad totam arteriam qḋ ex venis debet attrahi per poros in parietibus arteriarum. Scḋo etiam arterie corde cō̄stricto oēs dilatantur: ⁊ ꝑm se totas vbi alia dispositio non immineat: q: forte in constrictiōe cordis aptius aliqualem alterationem a corde recipiunt: vnde multi ponunt a corde super membra qualitatem aliquam ad modum cuiusdā radij subito produci. Sed ad presens non est via de hoc: q: alibi apparebit. ¶ Ad secundum dicendum. q̄ ad euentationem caloris maioris in predictis membris non existente corpore alterato sufficit euentatio maior per maiorem quantitatem aeris: ⁊ qḋ in similitudine inducitur nō est simile de diuersis corporibus: nec de diuersis membris vnius corporis. Uel etiam in vno corpore in diuersis dispōnibus: ⁊ tu cōsidera hoc ꝑ ⁊c. ¶ Hec aūt q̄ a nobis in hoc q̄sito noui-

In alio sic. Sed q̄res q̄ est cā q̄ arterie in corpe bñ disposito moueant̄ ita vnifor miter ita q̄ cū dilatant̄ cor oēs ꝯstrigunt̄ ⁊ ēt cū possint sic cū corde dilatari ⁊ constringi: ⁊ etiā diffor miter ꝑm suas diuersas ptes.

ter sunt inducta: erūt vis alijs ad inq̄rendū in hac materia multas alias nouas difficultates. ¶ Ad ea aūt q̄ in pricipio sunt arguta. Ad Haly dicit Dynus q̄ tāq̄ falsi dictus iudicet. Si q̄s tñ vellet violēter aliquātulū literā suam exponere posset dicere: cum dicit quando dilatat cor dilatātur omnes arterie corporis simul: vt simul solum referatur ad arterias adinuicē: non ad cor: ⁊ exponatur dilatentur omnes arterie. s. post dilatationē cordis: ⁊ sic de constrictione: ⁊ maxime sicut dicit dum corpus permanet in dispositione sanitatis. in qua non mutat egritudo dispositionem arteriarū. ¶ Similiter intelligitur textus phi in de morte ⁊ vita cū dicit. Et pulsant etiam omnes vene insimul inuicem per omnes eē ortas a corde ⁊c. ¶ Que autē vlterius inducuntur ex dictis apparent ⁊c.

¶ Utrum motus cordis ⁊ arteriarum qui pulsus dr̄ ꝓportionetur motui hanelitus. Q̄ō. xliij.

Vigesimotertio queritur. An motus cordis ⁊ arteriarum qui pulsus dicitur proportionetur motui hanelitus. ¶ Quod sic ostenditur. quia illi motus q̄ sunt ad eūdē finē: ⁊ quorū vnus ad aliū ordinat̄ vident̄ debere adinuicem proportionari: sed sic est de istis. Nā motus hanelitus ordinatur ad motum cordis: ⁊ ambo sunt ad euentandum calorem cordis. quare ⁊c. ¶ Ad oppositū arguit̄. illi motus non videntur adinuicem proportio^ri qui fiunt a diuersis virtutibus spē: sed sic est in proposito: cū motus cordis sit pure nālis. Motus aūt hanelitus solū ꝑm q̄d: ⁊ aliq̄ mō voluntari⁹: vt declaratū: supra. ¶ In hoc q̄sito p⁹ ponem⁹ aliquas conclusiones. 2°. cōtra ipsas aliquas mouebimus dubitatiōes. ⁊ ex his. 3°. respondebimus ad inductas rōnes.

¶ Prima ꝯ° est. q̄ motus hanelitus ⁊ mot⁹ pulsus cordis: ⁊ sic etiā arteriarū nō ꝓportionātur adinuicem in numero motuū: ⁊ hoc in corpe sano bene disposito q̄tūcūq̄ nullatenus alterato: cui⁹ ꝯ̄triū in quesito antecedēti positū fuit de motu cordis ⁊ arteriaꝝ. Hec ꝯ° ꝓbatur. ⁊ pmo clara est experiētia. ¶ Amplius illi motus ad inuicem non ꝓportionātur in nūero motuū: quoꝝ vnus potest a volūtaria virtute mutari alter nō. sed sic est de his: nā per voluntatē possumus mutare hanelitū in tardādo ⁊ frequētando ꝑm aliquod tēpus: vt nobis placet: ⁊ hoc q: ꝑm aliquem modū motus hanelitus est voluntari⁹. Non aūt hoc possumus in motu cordis: cū pure moueatur a nāli virtute que non supponitur volūtati. ¶ Amplius pulmo est mēbrum ordinatum per sui attractiōē aeris ad euētandū caliditatē cordis: sed pulmo in vnica attractione aeris plus attrahit de aere: ꝓpter sui magnitudinem ⁊ spaciositatē q̄ necessariū sit cordi in vnica attractiōe: imo in plurib⁹. ergo hec mēbra in suis motibus non debēt adinuicē ꝓportionari in numero motuum. Sil'r ēt si pulmo attrahit aerē ꝑꝑ suū calorē proprium non indiget sic cito renouatione aeris vt cor: cū non sic cito inflāmetur.

Conclusiones.

¶ Scḋa ꝯ° est. non est necessarium motū hanelit⁹ ⁊ motuū pulsus adinuicem ꝓportionari in velocitate ⁊ magnitudine: hec ꝯclusio pōt probari per pmā rōnes ꝓbātem antecedētē ꝯ° nē. ¶ Amplius ꝓbat̄. quo ad scḋā partē ꝑ dictū Gal. in libello de vtilitate pulsus: qui vult q̄ in hoīe qui cibū sumpsit plusq̄ sustinet. ei⁹ pulsus fit magnus ⁊ hanelitus paruus. Qḋ accidit vt dicit ꝓpter cibum existētem in stomaco cōprimere dyafragma: ⁊ iō vult tunc hanelitū fieri frequentiorem: vt restauretur magnitudo: ⁊ sic etiā potest fieri velocior. Unde Gal. ibi. hanelitus paruus ⁊ spissus equalis est in virtute magno ⁊ raro. ¶ Et cōfirmatur. nam nulli dubiū q̄ apostemate existēte i pectore cū dolore hanelitus fit ꝑuus ⁊ frequens: vt Hypo. ⁊ Ga. p° pronosticoꝝ ponūt: ⁊ tamē si ꝑdicta fiant a causa calida pulsus erit magn⁹. ¶ Ex his autē dictis apparet ꝯ° nem illorum eē insufficientē qui dicūt q̄ motus hanelitus ⁊ pulsus ꝓportionant̄ adinuicē ꝑm genus: q: ab illa causa a qua fit pulsus velox fit hanelitus velox: ⁊ simil'r a qua fit tardus ⁊ ille tard⁹ non quidē ꝑm spēm: sicut proportionat̄ motus cordis ⁊ arteriarum: sed ꝑm genus: q: ab illa causa a qua fit pulsus velox ⁊ tardus: fit etiā hanelitus: ⁊ hoc velocitate ⁊ tarditate que cōpetit motui hanelitus: ⁊ sic etiā opꝫ q̄ intelligatur de magnitudine ⁊ paruitate ⁊ frequentia ⁊

raritate: qr ratio quam illi assignāt eque bene pbat de
olbus dictis: ideoq; vt dictum est pdicta pportio inter
omnes duos: qr fiunt pter quandam vtilitatem cōem
que est euentatio naturalis caloris. Nūc aūt vt clarum
est per antecedentem ꝯ nem: hoc dictū sic platū nō est
verū: immo possunt multi adinuicē: ſm genus etiaꝫ: vt
ipsi genus exponunt: disproportionari.

¶ Tertio ꝯ est mot⁹ anhelit⁹ ⁊ motus pulsus ſm diffe-
rentias eis debitas ⁊ puenientes q̄ diuerse sunt: vt decla
rauit pᵃ ꝯ. Io adinuicē pportionanꝫ: ⁊ adinuicē pmutā-
tur pmutatione sola facta in causis ꝯtētiuis ipsoꝝ: in q̄
bus cōicat aliis causis nō mutatis. ¶ Hec ꝯ statim est
euidēs. Nā vt ponit Auic. 3ᵃ fen. pmi. Tres sūt cāe pul
sus ꝯtētiue. s. vt⁹ instrm ⁊ necessitas. In instro hi mot⁹
sūt multū differētes ⁊ diuerse cause pñt accidere: ⁊ nō acci
dūt alteri: ⁊ iō ſꝫ mutationē pdicte cause pñt multū dif
formit variari. Silr in ꝟtute q̄ est cā efficiens pñt dispro-
portionari pter motū anhelit⁹ subijci alali: seu volūta
ti ⁊ nō motū pulsus. Cū aūt in cā finali cōicent: ⁊ silr in
ꝟtute vitali ⁊ nāli ſm mutationē necessitatꝫ ꝟtutis ꝟ-
turis vniformiter pdicti mot⁹ mutanꝫ: ⁊ adinuicē ppor-
tionabunꝫ aliis causis nō variatis in eis: ⁊ ſm hūc mo-
dū itelligūt auctores q̄ dicūt anhelitū pulsui pportio⁹ᵗⁱ
vt Ga. in li° de vtilitate pulsus: ⁊ in li. de disnia ad lſam.
sūma 3ᵃ caᵒ 3ᵒ ⁊ 4ᵒ. ⁊ idē Auic. xᵃ fen tertij. ſmone vij de
anhelitu: circa finē cū dicit. Currit anhelit⁹ cursu puls⁹:
⁊ hꝯ est itelligēdū q̄tū ad finē in q̄ cōicāt ⁊ mutationē in
illo: vtilitas eñ hoꝝ duoꝝ est cōis. s. nālis calī euētatio.

¶ Sꝫ dubiū est circa pmā ꝯ nē: vr eñ q̄ hi mot⁹ adinui
cē pportionenꝫ quo ad nūeꝝ motuū: qr cū cor ꝯstringiꝫ
tūc expellit aerē ⁊ fumos capinosos a se ad pulmonē er
go cū pulmo recipiat dilatabiꝫ: ⁊ cū dilataꝫ: tūc attra-
hit aereꝫ a pulmone. ergo cū pulmo euacuaꝫ: tūc ꝯstrin
giꝫ. g° semp cū cor cōstringiꝫ pulmo dilataꝫ: ⁊ cū cor dila
tatur pulmo ꝯstringiꝫ: ⁊ sic pportionāꝫ in numero mo
tuum: sicut motus cordis ⁊ arteriarū. ¶ Amplius si nō
sic pportionarenꝫ isti duo mot⁹: tunc pulmo posset dila
tari cū cor dilatareꝫ: ⁊ constringi cū constringereꝫ ⁊ di-
latari cum constringitur ⁊ constringi cuꝫ dilataꝫ. Sed
pmū nō videꝫ: qr cum cor dilatatur: tunc attraheret pul
mo videtur ad ipsum expellere ⁊ sic illud constrictione:
similiter cum predictus aer vadat ad cor meᵈⁱᵉ arteria
venali in dilatatione cordis predicta arteria constrin-
gitur: ⁊ per consequēs tunc pulmo expellit ad eā: immo
ipsa tunc ad pulmonem. Nec 2ᵐ videꝫ posse dici: qr cū
pulmo constringitur: tunc expellit ad cor. ergo tunc cor
dilatatur. nec tunc expellit ad pulmoneꝫ. ¶ In 3ᵒ. ⁊ 4ᵒ
mēbro ꝯsiderādū est cū pulmo ꝯstrigiꝫ: cū tūc expellat
aerē calidū ⁊ fumos capinosos extra quō eos tūc a cor-
de recipit: cuꝫ tūc cor dilatetur. Silr qūo hoc extra ex-
pellit ⁊ eodem tēpore aerē frigidū ad cor transmittit: cuꝫ
hi motus sint ad ꝯtias ꝺfias: ⁊ qūo separat hos aeres:
quoꝝ vnus ē vtilis ⁊ alter inutilis abluiceꝫ. ¶ Ampli⁹
singulariter dubiū est de arteria venali si dilataꝫ cū cor
cōstringiꝫ: qr cū ipsa tūc attrahat a pulmone aerē frigidū
qūo tūc recipit aerem calidū ⁊ fumos a corde: cum mo-
ueanꝫ tūc hi duo aeres ꝯtrijs motibus: ⁊ si miscenꝫ qūo
separantur. ¶ Si aūt dicaꝫ q̄ ipa dilatatur cū cor dilata-
tur: hoc nō videꝫ puenieus: qr ipsa vr dilatari cū recipit
a corde: sed cum cor expellit ad eam tūc cor ꝯstringitur
⁊ nō dilatatur. Silr cū ipsa constringiꝫ: tunc expellit ad
cor: ⁊ tūc cor dilatatur. ergo ipsa vr dilatari: cū cor ꝯstri
gitur: ⁊ cōstringi cuꝫ cor dilataꝫ: ⁊ cum ipsa ꝯstringiꝫ: cū
tunc expellat ad pulmonē pulmo dilataꝫ ergo cū cor di
latabiꝫ ꝯtiᵉ: tunc pulmo dilatabiꝫ: ⁊ per ꝯñs cum con-
stringetur cor videbiꝫ pulmo debere dilatari. ¶ Pro-
pter solutioneꝫ hoꝝ attēdenduꝫ est q̄s est modus: ⁊ que

Uia per
quam aer
pertrāsit
ad cor ⁊ p
quā egre-
ditur.

via qua aer ptrāsit p inspirationē ad cor: ⁊ qua per expi
rationē egreditur. Hoc aūt declaratū est a Gal. in li. de
iuuamētis mēbroꝝ 6ᵒ. ⁊. 7ᵒ. de vtilitate particulaꝝ: ⁊ ab
Auic. xᵃ. fen tertij ⁊ ab aliis etiā auctorib⁹: nā pulmo cō
posit⁹ ē inter alias sui ptes ex cāna seu trachea arteria et
vena arteriali q̄ sic est appellata pter habere duas tu-
nicas: vt habent arter e quas ideo habuit: quia habeat
portare sanguinē a corde: ex quo cibeꝫ pulmo. Indiget
aūt pulmo subtili sanguine: vt erga ipm bene ꝯtineat
duas hꝫ tunicas. Cōponiꝫ ēt ex arteria q̄ venit ad pul-
monē ex sinistro vētriculo cordis portās ad pulmonem
sanguinē ⁊ spm: vnde expsse vult Gal. q̄ in pdicta arte-
ria sit sanguis ⁊ spūs: qꝺ tñ aliqui negauerunt: vocaꝫ āt
predicta arteria venalis pter ipsam soluꝫ habere vnā
tunicaꝫ: sicut alie vene non pulsantes corporis: hoc aūt
habuit pter illud qꝺ imediate apparebit. Componiꝫ
etiam pulmo ex carne sua que rara est multum ⁊ spon-
giosa. Est autem situatio coꝝ in hunc modum: vt vult
Ga. ⁊ vt Auicē. inuit: qr cāna pulmonis diuisa ad minu
tissima per subam seu carnem pulmonis situatur in me
dio ramorū vene arterialis ⁊ arterie venalis ⁊ caro pul
monis replet loca media inter illa: ⁊ est sustentaculum
omnium illorum ramorum: ⁊ est sentētia Gal. 7ᵒ. de vti
litate particularū. capᵒ 7ᵒ. cum dicit: natura locauit tra
cheaꝫ arteriam meᵈⁱᵘᵐ lenis. i. arterie venalis ⁊ vene ar-
terialis ⁊c. Nūc autem aer trāsit ad cor: qr moto pecto

Moto pe
ctore dila
tatur pul-
mo et sua
canna.

re dilatatur pulmo ⁊ sua cāna: siue dilatetur etiam pro
pria virtute: dilatata autem cāna pulmonis aer igrediꝫ
⁊ per eius porositates trāsit per carnē pulmonis ad po
rositates arterie venalis ⁊ p arteriā venaleꝫ que a cor-
de venit ad pulmonem transit ad cor. Et vult Ga. q̄ aer
transiens per carnē pulmonis quedam digestione ppa
ratur: ⁊ per hec dicta apparet possibilitas eius qꝺ dicit
Ga. 4ᵒ. de iterioꝝib⁹: vltimo capᵒ. circa finē de illo meᵈᵒ
nomine achyron. Alia iſa hꝫ antipatuꝫ qui in pulsu ha
bebat diuersitates oiuꝫ generꝝ pulsuū ⁊ mirō icrun vni
uiculusq; generis: imo ēt in dilatatione vnius pulsus de
quo valde fuit miratus Gali. querēs ab eo: an habuisꝫ
duritieꝫ anhelitus: ⁊ respōdit q̄ nō: ⁊ durauit lōgo tēpo
re: ⁊ finaliter mortuus est medicus ille ad modū illoꝝ
qui moriunꝫ de cardiaca passiōe: ⁊ accidit illud: qr pas-
sio erat in ramis arterie venalis: non in ramis cāne: vi-
de ab eo ibi. ¶ Hoc supposito ⁊ dubitato veniendū est
ad ea que dubitantur. ¶ Ad pmū cū dicitur q̄ cū cor
constringitur: tunc expellit aerē ⁊ fumos capinosos. cō-
ceditur. ergo cum tunc pulmo recipiat dilatari ⁊c. Pro-
pter hoc debes attendere q̄ vt dicunt: cor nō imediate
cum fumos ⁊ aerem expellit. nō imediate expellit ipos
ad pulmonem: sed expellit. vt pꝫ ex dictis: ad arteriam
venalem: ⁊ tūc nulli dubiū q̄ est necessariū: tunc predi-
ctam arteriam dilatari soluꝫ quantum occupat de spa-
cio predictum: qꝺ a corde expellitur: vnde declaratum
fuit in antecedēti quesito: q̄ ꝯstricto cor de necesse erat
omnes arterias que cordi erāt coniūcte in loco vbi cor
di cōiungūtur dilatari. Et tu dices: ergo tūc pulmo cū
recipiat predictum aerem dilatabitur. Dicēdum: q̄ nō
est necessariuꝫ saltēꝫ in dilatatione de qua loquimur: q̄
vocatur ispiratio ⁊ motus anhelitus. Primo qr dilata-
ta arteria venali cum ipsa attrahat aerem ad pulmonē
sicut a corde potius pulmo deberet constringi. Scꝺo qr
posset illud qꝺ a corde expellitur ad arteriam venalem
expelli solum vsq; ad aliquod spaciuꝫ: ⁊ nō vsq; ad pul
moneꝫ: sed tunc oporteret dici aliter de hac arteria q̄ ꝺ
aliis sit supra dictum: q̄ cum dicit sic ipsa omnes ⁊ qua
ad se totas dilatari cum cor constringitur: ⁊ forte aliter
de hac q̄ꝫ de aliis nō reputaretur incōueniens. Tertio
potest dici q̄ quātūcunq; ista arteria venalis attrahat
tunc a pulmone vel q̄tūcunq; cor expelleret ad pulmo-
nem vel attraheret: nō propterea sit motus dilatatiōis
⁊ ꝯstrictiōis pulmōis qui anhelit⁹ appellaꝫ: ⁊ ratio ē: qr
pulmo est multuꝫ magne quantitatis ⁊ multum conti-
net de aere. Unde est totus spongiosus: ⁊ sicut vna spō-
gia: vt vult Gal. Auer. auteꝫ q̄ a corde expellitur in vni-
ca expulsione vel in vnica attractione attrahitur respe
ctu quantitatis pulmonis: ⁊ sue paucitatis est quid pau
cissimum. Et iccirco per ipsius expulsionem ad pulmo-
nem vel eius attractionem ab eo non diceretur pulmo
totus dilatari ⁊ constringi: nec etiam dilatatione ⁊ con
strictione que sit motus anhelitos. Illud enim esset q̄ſi
quid insensibile: de quo non intendimus: nec etiam cēt
virtute pectoris dilatantis. Uel etiam pulmōis: si talis
virtus in eo ponatur: ⁊ ideo pulmo in se cōtinet de aere
pro pluribus ⁊ pluribus pulsibus cordis: vt a motu pos
sit quiescere corde moto. Et attendendum ꝺ q̄ non est
necesse totuꝫ aerem qui attrahitur ab extra ad pulmo-
nem prius ire ad cor anteq̄ꝫ sistole expellatur extra: qr
cū pulmo in qualibet vice quasi plus attrahat q̄ꝫ sit ne
cessarium p vice vnica cordi: ⁊ plus expellat q̄ꝫ sit illud
quod a corde expellitur nō eēt locus in pulmone aeris

qui attrahitur: ideo multuz de aere attracto expellitur extra per expirationem: qui non iuit ad cor: ⁊ tamen ro= tus aer euentat calidum cordis pmo euentando calidi= tatem pulmonis. secundario qꝛ licet aer cum sui corpu= lentia non perueniat ad cor: si aer tamen in pulmone euē tat cor illud alterando. ⁊ etiam aerē alterādo qui a pul= mone vadit ad cor: qd non esset: nisi aer etiam qui non vadit ad cor non renouaretur in pulmone. ❡ Ad scdm cum dicitur. tunc pulmo posset dilatari cum cor dilata= tur ⁊ constringi ⁊c. Dicendū vtrunqꝫ illorum esse possibi le: qꝛ vel per attractionem vel expulsionem quam facit cor ad pulmonem non fit dilatatio ⁊ constrictio de qua loquimur in pulmone: sed propter attractionem aeris ab extra: ⁊ ad expulsionē ad extra. vt dictū in antecedē= ti solutione. ex qua etiam soluitur hoc scdm arm. ❡ Ad tertium autem cum queritur de arteria venali: an dila= tetur cum cor constringitur ⁊c. Istud argm vidit plusꝙ cōtor in tegni. tractatu secūdo. in cōmēto sup illo textu. calidioris ergo vt ad proprium motū cordis: vbi vult ꝙ hec arteria venalis dilatetur cū dilatatione cordis: cuz tunc reliqae constringantur: ⁊ constrictione cordis cō stringuntur. cum tunc relique dilatentur. Nam si predi cta arteria dilataretur cum cor constringitur: sicut alie tunc non duceretur per eam aer cordi: qꝛ in constrictio= ne cordis aer claudit orificium huius arterie venalis: alterius autem arterie aperitur. Adhuc autem si quan do cor dilatatur ducitur aer cordi per illam ⁊ ex illa: nō est aūt aer in ea: nisi quādo dilatatur: oportet de neces= sitate ꝙ dilatetur quando cor dilatatur: ꝑpter qd fuit vnius tunice tm: vt dilatationi cum corde obediret: ⁊ fa cilius ⁊ copiosius subintraret ipsam aer ⁊ exiret simul cum aere famositas expulsa per ipsam ad pulmonem. Galienus autem in lib. de iuuamentis membrorū. di= cit. ꝙ ideo fuit vnius tunice: vt leuius obediret expan= sioni pulmonis. Dicit enim ꝙ vene pulsatiles que sunt in pulmone dilatantur in hora dilatationis pulmonis: ⁊ contrahuntur in hora contractiōis eius: ⁊ subdit plus ꝙ cōtor ꝙ ⁊ nos credimus falsum esse. Nam quando ar= teria venalis expanditur ducitur aer cordi: si ergo quā do expanditur pulmo expanditur arteria venalis: tūc quando expandetur pulmo subito ⁊ continue ducit aer ⁊ anhelitus ⁊ pulsus operatio vna: qd ipse ibidem refu git dicere. Hec omnia dicta ad litteraz sunt verba plus ꝙ cōmenti punctualiter. ❡ Sed ista dicta sunt minus ꝙ bene dicta. Primo cum dicit ꝙ hec arteria dilatatur ⁊ constringitur cum cor constringitur: similiter etiā ra= tio supra quā ipse se fundat: pº qꝛ ad hāc arteriā a corde expellitur sanguis ⁊ spiritus: sicut ad alias vt dictū est auctoritate Gal. expellitur etiam aer calidus ⁊ fumꝰ ca pinosus: sed claꝝ est ꝙ ad expulsionem hoꝝ a corde ad ipsaz: cum ipsa repleatur ipsa dilatari dꝫ: ⁊ simili modo quare alie dilatantur: cuz cor constringitur ipsa dꝫ dila tari. Similiter etiam cuz cor dilatatione ab ipsa attra= hat ipsa dꝫ euacuari ⁊ cōstringi. Hic tamē posset dici cū cor ab ea attrahat ipa ꝯstringeretur: nisi ipa tūc aliūde attraheret: sed ipsa tūc a pulmone attrahit: ⁊ ideo sic di ctum fuit supra saltez in constrictione cordis nō videt posse negari: quin ipsa in loco vbi cōiuncta est cordi: sic dicitur de alijs. In alijs aūt locis posset dilatari ⁊ con stringi nō vniformiter cordi: sicut etiā dictam fuit in q̄= sito antecedenti in alijs arterijs possibile fieri: qꝛ tamē sic inuenitur de facto corpe sano existente: sic etiam vi= detur cogitandū de hac postꝙ nihil est huic repugnās. ❡ Ad rōnes autez quibus illud probant dōm ad pmaz cum dicitur si dilataret: cum cor cōstringit: tunc nō du= ceretur p eā aer cordi. negat. ⁊ tu probas: qꝛ orificiuz in constrictiōe cordis huius arterie cōstringitur ⁊ alterꝰ arterie aperit. Dicēduz ꝙ non sic ꝯstringitur: quin per trāseant ea que ad eaz pertrāsire debent: vnde sap orifi ciuz huius arterie nō sunt nisi duo coopertoria: vbi sūt orificia alioꝝ vasoꝝ ortoꝝ a corde super q̄bus sunt tria coopertoria: sed sunt ibi predicta coopertoria: ne in cōstri ctione cordis non trāseat nimis de sanguie: qꝛ ista talis arteria ꝑpter multuz debere cōtinere de aere modicuz respectu alioꝝ continet de sanguine. ❡ Ad 2m cū dicit. ꝙ quādo cor dilatatur ducit aer cordi per illam ⁊ ex il= a. ꝯceº ⁊ tu dicis: sed aer nō est in ea: nisi quando dilata tur ⁊c. Si ista ratio esset bona sequeret ꝙ tempore quo cor dilatatur expelleret ⁊ spiritus ad arterias: ⁊ sic fu= mos capinosos: ⁊ aerez calidum ad arteriam venalez: q̄ sunt falsa: cum illa expellat tēpore quo cōstringitur. ⁊ p batur ꝯsequētia: sicut ipse probat suam: qꝛ cor non hꝫ fu mos ⁊ aerem ⁊ sanguinem: nisi tēpore quo dilatat. ergo illo tēpore expellet: qd est falsum: ⁊ ideo cū dicit non est in ea aer: nisi cū dilatatur. illud est falsuz: tamē nūꝙ hꝫ tantū quātuz tunc: ⁊ in fine dilatationis: ⁊ ideo qacz in dilatatione hꝫ postꝙ per dilatationem illū recipit post per cōstrictionem eū expellit. ❡ Considera tamen ꝙ si quis vult tenere opinionez plusꝙ cōti: potest imaginari cum dicitur ꝙ cuz cor cōstringitur: tūc expellit ad arte= riam: ⁊ per ꝯsequēs arteria dilatatur. Dōm ꝙ imaginā dū est de corde: ⁊ illa arteria venali sicut de aliq̄ alia to ta arteria. sicut enim tota aliqua arteria simul constrin gitur: ⁊ lꝫ qaelibet pars expellat aerem qui est in ea: ni= hilominus alia pars nō dilatatur: sed omnis pars sic cō stringitur cum alia: vt dictuz fuit in antecedēti quesito. Ita licꝫ cor expellat per cōstrictionem arteria potest se cum simul constringi: ⁊ ꝙ lꝫ versus extra expellat. Sed posset aliquis dicere ꝙ ita posset etiaz de alijs arterijs dici respectu cordis: qd tn non est: ⁊ tu cōsidera: qꝛ aliud est magis tolerabile. ❡ His autē declaratis habemus respōdere ad formam arti nostri supra facti cum dicit si arteria venalis dilatatur cū cor constringitur ⁊c. Dōm ꝙ ipa tūc attrahit a pl'mōe ⁊ a corde. Et tu dicis. hi duo motus se impedirēt. negat: qꝛ hec arteria est multū ma= gna ⁊ intēsa in qua apte aer a quolibꝫ istoꝝ attrahi ⁊ re cipi potest. Similr etiam predicti aeres possunt misce= ri: nec in moribꝰ se impediunt. Sed tu dices. qūo separat aer vtilis ab inutili/ hoc est clarum glorioso ⁊ excelso deo: qꝛ ista difficultas est cōis omnibus: qaēadmodum etiam qūo separat aer a spiritibus ⁊ fumis capinosis. sequestrationes em̄ fiunt in nostro corpore rerum mix= tarum que mirabiles apparēt. ❡ Illud aūt qd vlterius dicitur de dilatatione pulmonis iaz declarauit ex pre= digestis superius. ❡ Illud autem qd plusꝙ cōtor dicit. Gal. voluisse arteriam venalem dilatari cum dilatat pulmo ⁊ constringi cū constringit. Pro firmo est superfi cies verborum Gal. ad lrām 7º. de iuuamentis. vnde dicit. Et vene pulsatiles qae sunt in pulmone expan= duntur in hora expansionis pulmonis ⁊ contrahuntur in hora cōstrictionis eiusdem: propter quod vt esset abi lis expansioni pulmonis: vult ipsam esse solius vnius tunice: cuius tamen contrarium allegatū fuit supra in iiº. de differentijs pulsus: vbi dicit ꝙ omnes arterie sibi inuicem simul pulsant ⁊ cordi. ❡ Qd autem dicit plusꝙ cōtor cōtra Gal. in illo dicto nō concludit: qꝛ nō ꝯcederet illud dcm̄ Ga. oporteret alterum dicere: vel ꝙ ita est vt sonant ꝟbs eius ⁊ est tertius modus dicendi: de dilata tiōe arterie venalis a dicto plusꝙ cōti: ⁊ a dicto nostro ꝙ arteria illa i suo motu ꝓportionat pulmoni ⁊ nō cordi: cū pulmo nō ꝓportionet cordi: ⁊ tūc oporteret dicere ꝙ licꝫ semp cū ipsa dilatatur: vel constringitur cor dilatet vel cōstringatur ſm alterū de duobus modis: non tam̄ totiens ipsa dilatatur ⁊ cōstringitur quotiēs cor: sed bñ quotiens pulmo. ⁊ dicet hic: sicut dicebat supra de cor= de ⁊ pulmone. Ex quo cessat dictum plusꝙ cōti ꝯ Galie. ❡ Ad illud qd dicit ex libº. de differētijs pulsuuz. Dōm ꝙ licꝫ in hac vna arteria sit exceptio: tamē ſm cōez mo= dum loquēdi: ⁊ maxime in medicina nō falsificat ꝓposi= tionez vlem: vt dicatur omnes. i. quasi omnes. Aut si dō illud dictum Galie. vellet sequi hrer dicere: ꝙ ideo hec arteria est vnius tunice solius: vt bene sit apta dilatari facilr: qꝛ in hac plus indigemus ꝙ in alijs cū ipsa plus multo debeat suscipe de aere ꝙ alie ⁊ liberius. Vel alr posset dici ꝙ Ga. non dixit illud qꝛ vellet arteriā vena= lem in suo motu dilatatiuo ⁊ cōstrictiuo semp ꝓportio= nari pulmoni: imo ꝙ proportionaretur cordi altero di= ctoꝝ modoꝝ: sed aliquādo mouetur ⁊ extenditur: cum extēditur pulmo: ⁊ constringitur cū pulmo constringit: sic etiā cor aliquando dilatatur cū pulmo dilatat ⁊ ali= quādo constringitur vt supra patuit. Ut ergo cū accidit eaz extēdi in extensione pulmonis fuit vnius tunice: vt leuiter predicto motui sit obediēs: ⁊ licꝫ nō ꝯtiꝰ habeat secū proportionari. ❡ Ista sint a nobis no aliter inducta ad aliquale exercitiuz alioꝝ. erant ergo via alijs ad in ueniēdum subtiliora ad que sufficiētes nō sumꝰ. ❡ Ad

Vene pulsatiles in pulmone.

Responsio ad dicta de differentijs pulsuum.

ea autē que inducta sunt in principio huius quesiti apparet solutio per iam dicta ꝛc.

¶ Utrum mot⁹ vn⁹ cordis vt dilatatiu⁹ possit esse maior altero: vt ꝯstrictiuo ꝛ ecōtra: ꝛ sic de arterijs. Qō. xliiij.

Uigesimoquarto querit. An mot⁹ vn⁹ cordis vt dilatatiuus possit esse maior altero vt constrictiuo ꝛ econuerso ꝛ sic de arterijs. ¶ Qđ non. qꝛ illi motus sunt equales: quoꝝ vnus incipit vbi alter finit ꝛ ecōtrario: cū ex hoc sequatur illos esse sup eodē ꝛ equali spacio. ꝛ magnitudo motus attenditur penes spaciū in quo fit: sed sic est de his duobus motibus. ergo ꝛc. ¶ Oppositum arguitur. qꝛ cum vnus istorū vt dilatatio fiat ad attrahendū aerem frigidum: constrictio aūt ad expellendum fumos: possibile est ꝙ maior sit necessitas vnius istoꝝ ꝙ̄ alteri⁹: quapropter predictus erit altero maior: ꝛ hoc alijs causis istorum motuum equaliter se habentibus. ¶ Hoc quesitum scripsimus in commento de differentijs febrium. quod construxim⁹ in quo reprehēdim⁹ Dynū: ꝛ idcirco si qs latius vult videre illuc recurrat. ꝛ ħ in p° lib° ꝯmēto super illa parte. febres que ex putredine humorum accēduntur ꝛc. Hic autem huius veritas breuiter ponetur. Propter qđ notandū cum querit an vnus motus istoꝝ motuum posset esse maior altero: potest dupliciter intelligi. Uno modo solum vnū istoꝝ motuū ad aliū comparando vt vnam diastolem solam ad vnam sistolem: ꝛ tunc nulli dubium ꝙ vnus altero maior potest esse: ꝛ ꝑm hunc modū: qui etiā dicetur in mēbro diuisionis scđo. Et qꝛ etiā pōt fieri super spacio maiori: vt cuilibet ē clarum. vnde ꝑm hunc modū nō cōcederetur ꝙ lꝫ vn⁹ istorum motuū incipiat vbi alter finit: nō tamē semper finitur vbi alter incipit. ꝛ ꝓpter illud non sequit ꝙ ambo fiant super equali spacio. Alio modo pōt intelligi cū q̄ritur an diastoles sit maior sistole comparando plures motus diastolis vniformiter se habentes absqꝫ aliqua difformitate ꝛ diuersitate ad plures motus sistolis: vniformiter etiā se habentes saltē in magnitudine. Et tūc attendendum ꝙ magnitudo istoꝝ motuū pōt sumi ex duobus. Uno modo quātū ad totalitatem spacij in quo fiunt: ꝛ sic est īpossibile vt vnus sit istorum motuū altero maior: sic vniformiter se habentib⁹ vt p̄missum. ꝛ isto modo nō intelligunt auctores: cum dicunt diastolē eē sistole maiorē vel ecōtra. Alio modo pōt sumi magnitudo in his motibus solum ex termino ad quē ꝛ in quo motus finitur in cōparatiōe ad terminū aliquē prefixū vt ad terminū ad quē veniebat tempore sanitatis perfecte ꝑm vnūqđqꝫ corpus ꝓpriē: ꝛ sic intelligendo vnus istorū motuū pōt esse altero maior in toto tempore quo vna egritudo durabit. ꝛ hoc clare apparet. nam nō posita necessitate mundificandi fumos maiori ꝙ̄ esset tempore sanitatis nunꝙ̄ arteria in constrictione perueniet vltra terminū ad quē perueniebat tempore sanitatis. ꝛ tunc posita necessitate euentandi calorem per attractionem aeris frigidi ꝙ̄ esset tēpore sanitatis diastoles ꝯtinue dilatabit vltra terminū ad quē perueniebat dilatatio tēpore sanitatis. Unde diastoles cōtinue erit maior sistole: ꝛ ꝑm hoc est auctorū intentio illud dicentiū. ꝛ cōtra hoc nō ꝓcedit ratio in p̄ncipio quesiti adducta: qꝛ ꝙ̄tūcūqꝫ predicti motus sint super equali spacio vn⁹ tamen ꝑm modū dictū altero est maior cuius finis magis est necessarius. Deo gratias.

¶ Utrum stomacus temperatus appetat tēperata: ꝛ frigidus frida: ꝛ calidus calia: ꝛ sic de alijs. Qō. xlv.

Uigesimoquinto querit. ¶ Ad nutritiua mēbra descendendo. Et primo de stomaco q̄ritur. An stomacus temperatus appetat temperata: ꝛ frigid⁹ frigida: ꝛ calidus calida: ꝛ sic de alijs. ¶ Quod sic ostenditur per Galenum. in tegni de signis complexionum stomaci: ꝛ vniuersaliter omnes auctores hoc asserunt. ¶ Ad oppositum arguitur. si sic foret hoc non esset nisi qꝛ p̄dicta cibaria essent p̄dictis stomacis similia: ꝛ si sic cum stomacus in tota sui latitudine ponat esse membꝝ frigidū ea que appetit stomacus calidus erūt absolute cibaria magis temperata ꝙ̄ ea que appetit stomacus tēperatus: ꝛ hoc qꝛ stomacus calidus est minus frigidus ꝙ̄ tēperat⁹ stomacus. Unde si stomacus calidus daret pro cibo homini tēperato esset plus ei tēperatus cibus ꝙ̄ si ei exhiberetur stomacus tēperatus: ꝛ hoc qꝛ stomac⁹ calidus minus recedit a tēperamento totius hominis tēperati qđ repsentat in cuti ꝙ̄ faciat stomacus tēperatus: quia vterqꝫ recedit a cuti per frigidū: sed stomacus calidus minus recedit: ꝛ similiter posset argui in qualitatibus passiuis stomaci. ¶ Hoc quesitum modicū inuenimus a doctoribus pertractatum. Simplr enim idem asserūt qđ a Gal. ꝛ alijs auctoribus dicit ꝛ illius reddunt cām: quēadmodū enim dicit ille plusꝙ̄ cō^tor^ in tegni. sicut ab Aristotele scitum est. natura est p̄ncipiū motus ꝛ quietis eius in quo est. Ipsa enīꝫ est quietans in subō ꝛ locū ꝛ situm sibi ꝓprium. Adhuc aūt omnem dispōnē subo cōmunicatā: ꝛ iuxta posse reuocans cū perdunt: cuiuslibet enim rei naturalis appetitus est ad esse ꝛ nulli⁹ ad sui corruptionem. Appetere enim esse est res que venit ex deo in omne qđ est: sicut dicit p̄nceps. quare sibi similibus gaudet omnis natura sicut magis ad esse facientibus: ꝛ ꝑm naturā transmutantib⁹. ¶ Sed ex his dictis nō euacuat dubium. An hec similitudo intelligat in cōparatione ad stomacū: qꝛ tunc videt argu^m^ iam adductum ꝓcedere. An intelligat in cōparatione ad illud ꝛ qūo. Simlr etiā eandē snīam ponit Dinus in questiōe 8^a^ scđi quolibeti sui. In qua querit. An appetit⁹ ad cōtrariū sit in stomaco rōne sanitatis vel egritudinis. qđ enīꝫ dictū intelligit de stōacis sanis. ¶ Ponem⁹ ꝰ nos in hoc q̄sito aliquas ꝯ°nes. hoc quesitū declarātes. Prima ꝯ° est. appetit⁹ ad cibum ꝛ potū sensitiuus ꝛ aīalis fuit soli stomaco appropriat⁹ ꝛ nulli alteri mēbro. hec ꝯ° est Ga 4° de accīti ꝛ morbo. ꝛ declarabit in quodam alio quesito de stomaco. ¶ 2^a^ ꝯ° est. appetitus ad cibū exteriorē datus est stomaco vt querat cibū pro restauratione nō solum stomaci: sed totius corporis. hec ꝯ° pꝫ ꝛ patebit ex declaratione aītis ꝯ°nis. ¶ 3^a^ ꝯ° est. Tēperantia cibi est tēperātia potētialis. Et pꝫ ħ ꝯ°. qꝛ cibus vt cibus est in nobis operatur vt a materia: vt pꝫ alibi. ¶ 4^a^ ꝯ° est. temperantia absoluta cibi non est respectu alterius determinati mēbri: sed respectu toti⁹ vt ille dr cibus tēperatus qui exhibit⁹ corpori tēperato in eo generat sanguinē tēperatū ꝓ toto. Ita ꝙ quelꝫ pars ex illo nutrita remanet in sui cōplexione debita sibi. hec ꝯ° statim pꝫ: qꝛ temperantia totius nō est temperantia alicuius membri: sed est temperantia ex coalternatione. ¶ 5^a^ ꝯ°. Appetit⁹ stomaci pōt dissimilari appetitui naturali reliquoꝝ mēbroꝝ. Pꝫ ꝯ°. qꝛ stomacus pōt esse calidus: reliquoꝝ mēbroꝝ frigida cōplexione existente: ꝛ talia corpora dissimilē cōplonē in mēbris hn̄tia in eorū regimine indigēt arte ꝛ discursu rōnis plus alijs. ¶ 6^a^ cōclusio est. Appetitus stomaci ad cibum: ꝛ sic ad potū talis vel talis q̄litatis vt appetitus ad cibū tēperatum vel ad cibū calidū ꝛc. inest stomaco ad finem solius stomaci: nō aūt ad finem ꝓprie reliquorū mēbroꝝ. Hec ꝯ° ꝓbatur: quia si sic nō esset: tunc stomaco existēte calido alijs membris existentib⁹ frigidis stomacus calida appeteret pro se ꝛ frigida pro alijs mēbris: quod est absurdum. Cum ergo appetat solū calida predictus appetit⁹ ad talem cibum ꝓut est talis qualitatis inest ei ratione ipsius solius stomaci. stant ergo ista simul ꝙ appetitus stomaci ad cibum exteriorē insit: ꝛ datus sit stomaco nō solū rōne stomaci: sed etiā reliquoꝝ mēbroꝝ. Sed appetitus ad cibū determinate q̄litatis vel q̄litatis inest ei rōne solius stōaci ipsius: q̄re hec ꝯ° non ꝯdicit superiori ꝛ rō hoꝝ est in ꝓmptu: qꝛ ideo stomacus appetit: vt patebit infra: quia ab alijs membris inanitur: ꝛ ideo predictus appetitus est ad finem alioꝝ: sicut sui ipsius: sed nō ideo appetit cibum calidum vel frigidū vel tēperatū: qꝛ alia mēbra sint talia: sed qꝛ ipse est talis vel talis cōplexionis: vt declaratū est. ¶ 7^a^ cōclusio est. ꝙ stomacus in dispōne sanitatis existēs nō alteratus appetit cibum sibi similē vt tēperatus stōacus. tēperatū cibum et calidus calidū ꝛc. Que temperātia vel caliditas vel frigiditas dr respectu ꝯplonis hoīs tēperati: ꝛ non ꝑm qđ dicitur solū respectu stomaci. Hec ꝯ° pꝫ per cōclusionē quartā supius positā que ponit qualis est tēperātia cibi tēperati ꝛ re^o^ cui⁹: ꝛ sic et đ cibo distēperato intelligit. Nā stomacus tēperatus appetit cibū qui reponat partem dissolutam tēperati stomaci vt ꝯseruet in esse suo. talis aūt est cibus qui cōuertitur in sanguinē tēperatū cuius aliqua pars ꝓportionalis stomaco restaurat sub-

An appetitus sit in stōaco rōne sanitatis vel egritudinis.

rantiā temperatā stomachi:⁊ sic aliqua pars ꝓportionalis tēperato cordi.⁊ sic de oībus mēbris. Si eñ cib⁹ esset tpatus ⁊ diceret temperatus solū respectu complexionis stomachi:tūc sicut in genere mēbroꝝ stomachus est membrū frigidū:ita respectu totius corpis tēperati cibus ille esset de numero ciboꝝ frigidoꝝ ex quo fieret sanguis frigidus.⁊ clarū est ꝙ de sanguine frigido non distribuit nutrimentū ꝓportionale mēbris hoīs tēperati nec stomacho nec alijs sic sicut ex temperato sanguine: sanguis enim ⁊ ipsū sunt in potētia ⁊ diuersitate saltē potētialē ⁊ virtualē habent partiū suaꝝ:qualē habent oīa membra in actu. Et idcirco si oīa membra corpis. Uerbigratia. tēperata haberēt appetitū sensitiuū q̄ est sicut habet stomachus:quodlibet appeteret cibum qui in comparatione ad totū dicit temperatus:q2 in illo est pars potētialis cuiuslibet ꝓportionalior ꝙ in aliquo alio ciboꝝ:cum ipse plus q̄ aliq̄s alius cibus talis sit in potētia quale est totū corpus in actu. Si eñ esset aliquis q̄ solum esset in potentia stomachus:⁊ aliq̄s qui solū cor: ⁊ aliquis qui solum epar.⁊ sic de alijs membris:tūc aliter dici haberet:sed non sic est. ❡ Octaua cōclusio est. ꝙ latitudo ciboꝝ temperatoꝝ est magna que de se nosta est:⁊ patet legenti autores. ❡ Nona cōclusio quā volumus ponere est vt excitemus ad cogitandū dicta Galieni:⁊ alioꝝ auctoꝝ studentes ⁊ speculantes que est ꝓpositio Gal.⁊ aliorū auctorum iam exposita ꝙ stomacus sanus appetit sibi similia q̄tūcūq3 sano modo iam exposito intelligat est multū dubia ⁊ de facto male experimentabilis ꝓpter varias cōditiones quas videm⁹ in hominib⁹ ⁊ temperatoꝝ vel illi ꝓpinquaꝝ ⁊ distēperataꝝ ꝯplexionū in hoībus in eoꝝ appetitibus ad cibaria:cōiter enim videmus homies frigidi stomaci nāliter.⁊ q̄tūcunq3 sint sani appetere res calidas vt aromata vina magna:⁊ abhorrere herbas crudas acetū ⁊ similia:⁊ homines calidi stomaci ista appetere ⁊ multum in eis delectari. ❡ Et si diceretur ꝙ illa que narrant hic frigida.sont plus frigida q̄ sit necesse homini habenti stomacū frigidū ⁊ nō sūt sibi similia:q2 excedūt. ❡ Similiter dices.nos videmus mulieres que sunt frigidiores viris:⁊ tñ libentissime comedūt herbas crudas acetum ⁊ similia. ❡ Ad pmū dicendū ꝙ quicquid sit de illo generaliter videmus illos plus delectari in calidis ⁊ nō in frigidis cuiuscūq3 maneriei sint:⁊ similiter calidi in contrarijs. ❡ Qd aūt dicit de mulieribus euenit:q2 multū cōgregant humiditates viscosas que incitāt appetitum ad res incisiuas:⁊ quia multū in eis inducant sacietatem nausearium ⁊ deijciunt appetitū ipse appetunt res appetitum incitantes quales sunt res que narrantur ⁊ similes. ❡ Inducit etiā dubiū in ꝓpositiōe p̄dicta:quia videmus ꝙ maior pars hominū vt plurimū plus appetunt carnes pullias ⁊ perdicū ⁊ fasianorum q̄tūcunq3 sint homines frigidi vel calidi vel quōcūq3: ⁊ tamē ille sunt carnes tēperate. ❡ Similr etiam plus appetunt panem de frumento bono ⁊ bene preparato q̄ de alijs granis. Uidemus eñ ꝙ rustici ⁊ fratres mēdicantes pauperes:ita appeterent si possent hic capones fasianos ⁊ quecūq3 optima cibaria : sicut quicūq3 magis temperat⁹ homo de mūdo:⁊ ita libentissime comedūt illa. ❡ Uidemus etiam ꝙ maior pars hominū plus appetunt cibaria gulosa q̄ alia nisi eēnt fastidiri ex nimia consuetudine illorum:vt turdos pingues:quaicas pingues:turtures īpinguatos:papares studiose īpinguatos:fungos chalcatrepos:vel prugnolos:⁊ hoc siue p̄edicti hoīes sint tēperati vel intēperati.illa eñ cibaria: ita sapiūt famulo ⁊ famule:cū possūt illa furari dño q̄tūcunq3 sint corpa distēperata:sicut dño vel domie:⁊ si sint tēperati. ❡ Silr etiā videm⁹ ꝙ maior pars hoīum libentius comederet fructus q̄ alia cibaria si nō crederent ledi per ea. Signū per pueros qui nesciunt illa esse nociua ⁊ libentius omnib⁹ alijs quasi illa comedunt et quicūq3 quasi sint pueri ⁊ qualiscunq3 sint cōplexionis. Si aūt appetant plus calida ab vno q̄ ab alio:illud videt plus esse in dispositionib⁹ stomaci nō nālibus ⁊ vir maior pars ciboꝝ quos hoīes appetunt nō videt appeti:quia calida vel frigida:sed quia sic vel sic sapida:vt q2 sint dulcia vel vnctuosa vel acria ⁊ talis vel talis saporis. Et nō loquimur ad presens de appetitu stomaci naturali:sicut reliquorum membrorū:an calidus appetat calida ⁊c. sed loquimur de appetitu sensitiuo qui est fames ⁊ sitis.quoq3 manifeste percipimus cum famescimus nos appetere talem cibum talis vel talis saporis. ❡ Et si tu diceres.in nobis est vn⁹ sensus qui est in ore stomaci ad cibum:⁊ de isto est veꝝ:qd dicit Ga. Ali⁹ est in nobis qui est in lingua:qui est sensus gustus:⁊ de isto insurgit appetitus iste de quo exēpla posuisti. Istud nihil est dicere.quia sensus gustus directe ordinat ad appetitum stomaci:⁊ cū appetitus stomaci sit sensitiuus ꝯmonialis opꝫ ꝙ a nobis percipiatur. Aliter esset pure naturalis. Sed totum illud quod in nobis percipimus cum famescimus ⁊ ea que appetimus cum famescimus sunt narrata ⁊ per modum iam dictum:quare vt dictū est ꝓpositio illa remanet multū dubia: ⁊ multū inexperimentabilis:sed plus videtur ex q̄dam consuetudine concessa. ❡ Siquis aūt vult illā sequi teneat per cōclusiones iā ante positas:ex quibus clare apparet solutio ad quesitū superpendis. Et similiter argumētū euacuat per illud qd dicit in cōclusione 7ª.q2 argᵐ concluderet si temperātia cibi caliditas ⁊ frigiditas eius dicerent solum tales respectu ipsius solius stomaci:sed nō est sic:vt ibidem declaratū est. ❡ Et quod dicit de stomaco tēperato si comederet pōt dici ꝙ reliquum valde est de cōplexione membroꝝ ꝓut sunt viuentia ⁊ de eis exhib ta loco cibi:vt clarum est:quare concesso toto qd dicit nō concludit:q2 appetitus stomaci viuentis non est ad cibū tēperatū:⁊ qui talis dicat soluꝫ respectu sui: sed respectu omniū. Et ideo cū hoc stat ꝙ appetitus stomaci tēperati:si dꝫ comedere stomacū erit plus ad calidum exhibitū sibi vt cib⁹ tanq̄ magis ꝓpinquāte cibo tēperato. ❡ Ex hoc aūt nō sequit ꝙ stomacus tēperat⁹ appetēs cibū tēperatū appetat cibū magis distēperatū stomaco calido:qd totū est:ꝓpter illd qd dictū est de tēperantia cibi dici respectu toti⁹ ⁊ nō soli⁹ stōaci. ❡ Dimittim⁹ aūt mō fantasiari an qdlꝫ mēbꝝ qācūq3 sit ita tēperatū:⁊ comedat generet sanguinē magis tēperatū q̄ membrū distēperatū eiusdē spēi. Deo gratias ⁊c.

❡ Utrum stomacus nutriat ex chilo. Qō.xlv.

Vigesimosexto queritur. An stomacus nutriatur ex chilo. ❡ Qd nō ostendit auctate. Auerroys 2°.colliget. ❡ Ad oppositum arguit.q2 cū oīa mēbra corpis nostri vnū nūero indiuiduū cōstituāt vnicā vident hēre mām oībus appropriatā. Cū ergo alia nutriant ex sanguine stōacus silr nutriet ex sanguine. ❡ Hoc questiū est ab auctoribus multū discussum. Quapp breuiter percurremus inde eligendo:qd credimus esse verū. Fuit ergo in hoc opio quorūdā ꝙ stomacus q̄tū ad tunicam eius interiorem vera nutritione nutrit ex chilo per conuersionem eius in ꝓpriam sūbam stomaci. Quātū vo ad tunicam eius exteriorē nutritur ex sangue sibi ab epate transmisso per venas illuc venietes:qd ipsi probant auctoritate Auicēne prima pmi.ca° de anothomia porte. loquēs de nothomia venaꝝ que oriunt a vena porta:et peruenit quedā pars ei⁹ ad stomacū. ❡ Hec opinio ab alijs remouet pmo per Gal.3° de virtutib⁹ nālibus.illo cap° sed si detinet ⁊ voluptuat ⁊c. vbi expresse vult ipm nutriri ex chilo quo ad vtrāq3 tunicam. ❡ Amplius arguitur de puero exñte in vtero qui quo ad vtrāq3 tunicam nutritur ex sanguine. ❡ Amplius eadē est forma sūbalis vtriusq3 tunice stomaci.ergo eadem mā appropriata.⁊ ideo si vna ex chilo nutriat ⁊ altera poterit ⁊ si ex sangue ⁊ alia silr. ❡ Amplius totus stomacus genitus fuit ex sanguine. Cum ergo eadem sit mā gnātiōis ⁊ nutricationis:ergo ⁊c. ❡ Alia est opinio Dini que est ꝙ stomacus nutrit nutricatiōe vera q̄tum ad vtranq3 eius tunicaꝫ ex chilo:⁊ nō intelligit:dicit ipse:ꝙ nutriatur ex chilo manente oīno sub forma chili:cum alimentum cōe corporis vltimū sit sanguis:⁊ id quicqd debet nutrire opꝫ ꝙ pus in quādā nām sanguineā transmutetur:cum oporteat illud participare nā cōmuni nutrimēti:sed intelligit ꝙ nutriat ex chilo alterato in ipso stōaco:q2 in porositatib⁹ stomaci que cōtinuant cum orificijs venarum que continuant ad stomacū versus quādam naturā sanguineā nō transmisso pus ad aliud mēbrum vt ad epar. Et ꝙ nihilomin⁹ possit cōuerti in sanguinem dato ꝙ ad epar nō perueniat:ꝑꝫ cum est in meseraicis. Unde ad quādā nām sanguineam in eis cōuertitur

De appetitu ciborum.

Opinio Dyni de stomaco.

titur:ʒ adhuc ad epar nõ peruenerit:ꝫ hoc:q꞉ in illis ꝓ pter cõtinuitatẽ quã habent ad epar est vestigium vir tutis sanguifice epatis:ꝫ simili modo est de chilo in sto maco cũ attrahitur ad poros versus orificia venaꝝ sto maci. Dicit tñ ꝙ ista nutricatio stomaci ex chilo est iper fecta ꝫ diminuta:q꞉ ꝑdictũ alimentũ est insufficiens ẽt q꞉ nõ est ꝑfecte digestum ꝫ factũ sanguis perfecte:sicut ille qui generatur in epate.ꝫ iccirco nutritiõe ꝑfecta et sufficiẽti nutritur perfecte in epate digesto ab epate ad stomacum transmisso. Primũ enim nõ sufficeret nisi ab epate sanguis ad nutrimẽtuʒ eius perfecte trãsmittere tur.ꝫ hoc dicit esse de intentione omnium auctorum.

¶ Nos aũt credimus simul cum multis aliis has opio nes esse minus ꝙ̃ bene dictas.ꝫ ꝙ stomacus quantũ ad se totũ nutritione vera nutricatur ex solo sanguine ad ꝗ̃ʒ ab epate trãsmisso:sicut nutriunt alia mẽbra. Et ap paret hec cõclusio per rõnes iam dictas:q꞉ cuʒ nutritio sit quedã cõtinua generatio:ꝫ in nullo alio differt a ge neratione eadẽ est ꝑcise mã generatiõis oĩm membroꝝ ꝫ nutricationis. Sed clarum est ꝙ nullũ membrũ i ma trice generatur ex chilo cum oporteret chilum ꝑdictum a stomaco in matricem venire:qđ est absurdũ. Simili ter etiam cum oĩa mẽbra habeant eandẽ subalẽ formaʒ opʒ habere oĩa similẽ nãm. ¶ Amplius hoc apparet de stomaco infantis in vtero cuius stomac⁹ ex solo sangui ne nutritur. Et est hec ratio cõtra opinionẽ Dini:q꞉ ex q̃ vno tempore mã nutrimẽti stomaci quo ad ipsum totuʒ est solus sanguis transmissus ab epate:sic tũc sicut ꝫ a lia membra non nutrireñ ex chilo cum habeat chiluʒ in sanguinem trãsmutare:ꝫ nõ faciat de eo vt dicit sangui nẽ ita perfectũ sicut ab epate. ¶ Dicũt aũt ad hãc rõnẽ de infante in vtero quidam:vt Gen. ꝙ põt dici ꝙ etiam stomacus infantis in vtero nutriñ ex chilo qui ab eo in stomaco generaꝰ ab ipso spermate generante:vel est in eo quedã hũiditas loco chili facta a generãte in stoma co. ¶ Sed hoc vꝛ satis absurdũ:q꞉ ꝑdicta hũiditas vel chilus non põt fieri nisi ex hũiditate ex qua fiant mem bra que est sanguis:cum ibi nõ sit aliud ex quo possit fie ri:ʒ valde in vanũ illud ageret nã cũ ipsa habeat ibi ꝑ sentem materiaʒ aptiorem vt ex ea nutriatur stomacus vt sanguis ipse:ꝫ maxime illud acciperet etiã apud opi nionẽ Dini. Qui vult ꝙ si stomacus nutriñ ex chilo chil⁹ cõuertitur ad sanguinẽ. frustra ergo valde sanguinẽ in chilum vel in humiditatẽ similẽ cõuerteret. ¶ Ampli⁹ apud opinionẽ Dini opʒ cõcedere virtutẽ sanguificam stomaco qđ non est adhuc ab aliquo auctore ꝓlatũ. Si enim vene habẽt virtutẽ generatiuã sanguinis hoc est in flegmate qđ est in humoris specie ꝫ propinquũ natu re sanguis. nõ aũt in chilo qđ per multũ ab illo differt. Nam eñ multi tenuerũt oẽs hũores esse eiusdẽ speciei. Et qđ dꝛ de meseraicis hoc est per virtutẽ epatis iã ad illum locum ꝓpter ꝓpinquitatẽ pertingentem ꝫ nõ per virtuteʒ venaꝝ. Est ergo ad placitũ pure nõ rõnale. Si ergo auctores dicunt ꝙ stomacus nutritur ex chilo:ꝫ ꝙ chilus stomaco apponiñ ꝫ vnitur:loquunñ de nutritiõe ꝫ vnitiõe ꝫ appositione largo modo acceptis:vt appare bit in questiis sequentib⁹. Et si quis eorum id ꝓpie in tellexerit in predicto dicto:eũ a vo discessisse ꝯsentim⁹.

¶ Cõtra hanc aũt opinionẽ arguit Dinus ꝓbãs ꝙ sto macus vera nutritiõe nutritur ex chilo:q꞉ si nõ:sequere tur ꝙ fames accideret anteꝙ̃ sit facta nutritio ex cibo assumpto:qđ est incõueniẽs. ꝓbaꝰ cõsequẽtia. q꞉ ex quo stomacus ex chilo nõ nutriñ:tunc chilus digestus ꝓm to tum sui egrederetur de stomaco versus epar:ꝫ sic cũ cã cessationis famis esset presentia cibi nouiter assumpti si stomacus nihil de illo ad sui nutritionẽ accipit illa to to egresso de stomaco anteꝙ̃ sit digestus in epate cibi tur fames:cum ꝓpter illius pñtiam cessasset fames. Nã simili modo illo totaliter egresso de stomaco aget natu rale calidũ in humidũ radicale illud cõsumẽdo:vt prius cuius actio ꝑsentia chili cessauerat. ¶ Scđa sua ratio est. ꝙ sequeretur ꝙ chilus non egrederetur de stomaco nisi corruptus ꝫ putrefactus. ꝓbaꝰ. q꞉ non egreditur de stomaco nisi per actionẽ expulsiue virtutis:sed in 5°. de virtutib⁹ naturalibus est ostensum:ꝙ id qđ contineñ in mẽbro per actum nutritiue virtutis nõ expellitur ab eo nisi aut cum organũ transmutatur in dispositionẽ ꝯtra riam priori:aut illud qđ cõtinetur trãscendit in disposi tionem contrariã:ꝫ iccirco sibi dicitur ꝙ vrina nõ expel litur a vesica:nisi q꞉ aut quantitate multa aggrauat eã. Aut quãdo per morã eius in vesica transmutaꝰ in quã dam putredinem. vnde sit mordax ꝫ orrida ꝫ incõueniẽs cum prius esset ei familiaris. cũ ergo in stomaco erit ci bus moderate quãtitatis:cũ quãdo est digestus sit sibi magis ꝓportionat⁹ ꝙ̃ prius cum sit cõuersus in similem qualitatẽ:si stomacus nihil de eo sumit pro sui nutrimẽ to nõ egrediẽte de stomaco nisi quãdo tali cibo accidet qualitas extranea ꝑ quã improportioneñ stomaco. Ta lis aũt nõ erit nisi q̃dã corruptio ꝫ putredo. Iste due rõ nes primus nihil concludunt contra ꝑdictaʒ opinionẽ.

¶ Ad primam cũ dicitur. ꝙ tũc egresso toto chilo de sto maco anteꝙ̃ sit facta nutritio vere:ʒ postea appebit q̃ tẽ causetur fames:sed modo nõ est vis. ꝫ cum ꝓbabaꝰ ꝛc. Ista rõ imaginaꝰ ꝙ cũ cib⁹ egrediñ de stõaco versus epar ꝙ totus egrediaꝰ in vnica vice ꝫ nihil remaneat ʒ appebit eẽ aliter in sequẽtib⁹. vñ ꝓm istã rõnẽ ꝯcluderetur ꝙ nedum anteꝙ̃ fieret nutritio fames fieret: immo etiã anteꝙ̃ chilus peruenisset ad epar qđ nõ est:ꝫ appa rebit qualr illud sit in sequentibus ¶ Aliam solutionẽ ponit ipsemet quam impugnat. ꝫ dicit ꝙ illud nõ eue nit:quia quando chilus egreditur de stomaco stomac⁹ attrahit sanguinem a venis quẽ prius ꝓpter necessita tem ab eo attraxerant. Unde tunc assumẽtes chilũ per mittũt sanguinẽ attrahi a stomaco. ꝫ videtur esse dictũ Gaꝉ. 4° de accidenti. ꝫ ideo q꞉ ex illo sanguine nutritur stomacus nõ accidit fames. ¶ Remouet Dinus hãc so lutionem:q꞉ sicut chilus non est aptus nutrire stomacũ: ita non est aptus nutrire venas nisi prius in epate con uertatur in sanguinem:ꝫ ideo tunc vene nõ concedent attrahi nutrimentuʒ:qđ est ꝓportionale. s. sanguinem.

¶ Similiter id apparet in ſole repreſentato in aqua mota:vbi apparent plures eſſe:⁊ eius figura apparet maior q̃ in aqua quieta:⁊ de multis alijs ſimilibus experiētijs que adduci poſſunt: ſicut de ſpecalis:in quibus experientijs non ſoluʒ appa ret ſpērum generatio a viſibilibus:ſed earuʒ manifeſta viſio a viſu:qđ eſt fortius.Volunt ergo iſti ꝙ viſio fiat iſto modo:qꝛ a viſibili multiplicanť ſpecies per aerem vſqꝫ ad oculum que ſpecies eſt cauſa viſionis:prout po teſt haberi ab aucto^{r}⁹ perſpectiue illo modo quia viſus non videt:niſi illam rem:cuius ſpecies ſuper lineas re ctas vel reflexas ꝑuenit ad oculum cadentes in ipſum oculi centruʒ:que linee omnes ducte a ſingulis partib⁹ rei viſe faciunt vnam piramidem:cuius conus eſt in pu pilla.Sed baſis eſt in re viſa:niſi enīʒ res in tali opera tione cadat ad oculum non poteſt fieri viſio:⁊ per hoc

apparet ꝙ res que videtur ſm ꝙ eſt magis diſtans:vel magis propinqua apparet maior vel minor:⁊ hoc qꝛ linee angulorum piramidis rei viſe quanto magis elonganť a re viſa:tanto magis coeunt.aľs.coherent.⁊ coniungū tur:⁊ ideo ſi contingat ꝙ concludātur anteq̃ perueniāt ad viſum:tunc res oīno non videbitur:⁊ propter illam cauſam patet ꝙ res tm̄ poteſt diſtare a viſu ꝙ nō vide bitur:qꝛ linee angulorum ſue piramidis cōcluduntur ⁊ faciunt conū anteq̃ perueniant ad oculum.¶ Dicunt autem predictas ſpecies eſſe alterius rationis ab obie cto:quaꝑꝑ licʒ obiecta ſint ꝯtraria:ſpecies tamen ꝯtra rioruʒ non ſunt cōtrarie:⁊ poſſunt ſimul in eodē medio eſſe:aliter ſiť per idē medium cōtrarij colores non poſ ſent videri:qđ eſt abſurduʒ.Qualiter aūt predicte ſpēs habeant eſſe in medio:an diuiſibiliter vel indiuiſibiľr reſpōdetur:⁊ eſt dictū Iohānis de Ianduno:ꝙ predicta ſpecies eſt tota in qualibʒ parte medij:nō eſſentialiter: qꝛ illa pars intētionis ſeu ſpeciei que eſt in vna pte me dij ſit in alia parte medij.Sʒ quātū ad repreſentationē obiecti:ita ꝙ illud qđ eſt in quacūqꝫ parte medij de ſpē repreſentat totum obiectū.Sicut illđ qđ eſt in toto me dio:⁊ ideo ſpecies predicta poteſt dici eſſe in medio indi uiſibiliter nō exiſtēter:ſʒ repreſentatiue:qꝛ illud qđ eſt in quacūqꝫ parte medij repreſentat totū obiectuʒ:ſicut illud qđ eſt in toto:⁊ nō eſt:qꝛ vna pars intētionis repre ſentet vnam parteʒ obiecti ⁊ alia aliā:ſm enim verita tem eſſentia intētionis ſiue ſpeciei eſt extēſa extenſione ſubiecti:ſʒ nō quo ad repreſentationē:quaꝑꝑ diciť eſſe in medio ſpūaľr ⁊ intentionaľr:qđ nō eſt ſic de alijs q̄li tatibus extenſis extēſione ſubiecti.Si enim ſic nō eſſet de ſpē:tunc non poſſet videri obiectuʒ in quacūqꝫ parte medij:qđ eſt falſum.Quidā tamē dicunt ꝙ ſpecies etiā exiſtēter habent eſſe in medio indiuiſibiliter:⁊ nō extē ſe.Iſta ſunt que cōiter a q̃plurib⁹ in hac dicūtur diſce ptatione.¶ Licʒ autē illa ſint probabiliter dicta ⁊ mē tibus auctoruʒ videantur ſatis cōſonare.Nobis tamen opinio ꝯtraria videť verior ⁊ melioribus poſſe rōnib⁹ro borari:q̄ eſt opinio quorūdā modernoꝝ ⁊ nos iā bono nie ſub quodā magiſtro in ſacra pagina de ordine mino rum hāc ſuſtinuim⁹ ⁊ defendim⁹:vbi fuit magna docto rum cōgeries ⁊ multi^{tu}do maria ſcholariū ꝯgregata.

Disputata per autorē Bononie de potētijs virtutibus oculorū.

¶ Dicamus ergo nos ꝙ ad hoc ꝙ viſibile videatur non cauſat in medio:nec in organo viſus a viſibili aliq̄ res que neceſſaria ſit ad eius viſioneʒ quā vocant ſpēm vel intentionem abſqꝫ cuius gnōne vel cauſatione viſibile videri non poſſit.Iſta cōcluſio probať.pͥmo.Si talis in tentio vel ſpecies eſſet neceſſaria ſeqꝛeť ꝙ poſitis duo bus videntib⁹:quoruʒ vnum haberet potētiam viſiuaʒ multo fortiorē ⁊ acutioreʒ ⁊ meliorē:vt in duplo vel tri plo vel in cētuplo:ipſum nō poſſet videre idem viſibile in maiori diſtantia altero:hoc eſt falſum:vt clare pʒ.cō ſequētia ꝓbatur.qꝛ ſumpto viſibili albo vnius brachij nō eſt dubiū ꝙ ſi debʒ videri multiplicat in aere tales qualitates ſiue ſpecies.aut ergo multiplicat eas ad q̃ cūqꝫ diſtantiam:aut non.Non eſt dicendū.ꝙ ad q̃cunqꝫ qꝛ tunc ſua virtus de ſe in infinitum poſſet extendi:etiā cum ipſum videatur per te per lineas rectas vel refle xas cauſanates piramidē linee piramidis neceſſario ali quādo eſſent in vnū:vt ſupra ꝑ te dictū fuit.Si nō mul tiplicatur ad q̃cūqꝫ diſtātiam.ergo ab aliqua diſtantia aliquod videns videbit iſtud viſibile:⁊ aliud multo me liorem habēs viſum non poterit ipſum a maiori diſtan tia videre:qꝛ non erit ibi ſpecies cāta que neceſſario ad viſionem requiriť.Et ex his ſequitur ꝙ ad augmentum viſiue potentie non ſemꝑ creſcit diſtantia rei viſe:vt qñ potentia viſiua erit in diſtantia maiori q̃ ſit cōiunctio linearum piramidis ad conum:ſed illud videť falſum:⁊ non curo modo:an diſtantia creſcat ꝓportio^{r} augmēto potentie viſiue aut nō.¶ Scđo ſi predicta ſpecies eſſet neceſſaria.ſequitur ꝙ oculus poſſet videre res nō ex di recto ſibi ſeu pupille oppoſitas:⁊ hoc viſione recta ⁊ eq̄ bene:ſicut videt res ſibi oppoſitas ex directo.hoc ē fal ſum.probatur ꝯſequentia.qꝛ quādocūqꝫ in oculo ē ſpe cies vere repreſentatiua alicuius obiecti ſtāte oculo bñ diſpoſito illud obiectum:vel vere videtur ſi obiectū eſt preſens:vel in ſitu in quo poſſit predictam ſpēʒ cauſare in oculo:⁊ in medio oculo predicto ꝯtinuo:vel ſaltē ap paret predicto videti videre illud obiectū.Sed obiecto

ftuoso per modum dictū in oculo imprimitur spēs sub-
pbatur. q2 in toto medio circulariter imprimit. ergo in
aere oculo contiguo. Sed oculus est corpus aptū natū
recipere: ⁊ illa spēs agens potest efficere. ergo. Imo si ibi
est oculus ⁊ in aere pdicto spēs in illo multiplicaret. er-
go fiūt in oculo. ¶ Tertio. tūc quodlibet visibile indica
ret duplex cū sint duo oculi: ⁊ in quolibet diuerse spēs
eiusdem obiecti generetur: ⁊ fit hoc argumentū ppter
solutionem quam dant ad ipm. Dicūt em̄ ꝙ visio non fit
in oculo: sed in cruciatione neruoꝝ in quo loco vnitione
neruoꝝ opticoꝝ fit vnitio specierū: ⁊ ideo pdicti nerui
fuerūt vniti: vt vnū duplex non appareret. Sed ille solu
tio non est vera: q2 tunc oporteret vt ꝙ vn⁹ sonus vel vnū
sonabile non appareret duplex: ꝙ sibi facta fuisset cru-
ciatio neruoꝝ auditiuo: qd̄ non est. ¶ Amplius ꝙ visio
nō fiat per lineas causantes talē piramidem ostendit:
q2 sequeret ꝙ si aliquod visibile videret in distātia lon
giori sue maioris piramidis: ꝙ si color suus multo am-
plius intenderet non posset videri in distantia longin-
quiori ꝙ prius: hoc est falsum: q2 ab eadem potētia qd̄-
cunq3 visibile est vehemētius ⁊ intēsius oibus aliis ce-
teris paribus d3 in distantia longiori posse videri visi-
bili remissiori: ⁊ minus potēti. aliter agens fortius non
posset fm longiorē distantiā agere ceteris parib⁹ agēte
debiliori: qd̄ est falsū: ꝯsequentia tenet q2 vltra pirami
dem longiorē nō causat visibilē spēm: ⁊ per ꝯsequēs vi-
deri non pōt. ¶ Sed ad illud qd̄ dicit de lineis concur-
rentibus in cono dicit ꝙ licz qlibet due linee mote a ba
si necessario in pcessu concurrent: nulle tamen sunt due
linee que protracte a visibili aliquo ꝯcurrant in cono:
quin ab illomet visibili: ⁊ ab eadē basi possint protrahi
alie due linee que non concurrent: nisi in maiori distan-
tia ꝙ facerent priores: ⁊ sic in infinitum quibuscūq3 da-
tis: ⁊ sic non sequitur ꝙ sit dare distantiam aliquam vl-
tra: quā si potētia visiua crescat visibile non possit vide
ri. ¶ Sed hoc videtur stare non posse: q2 tunc quodlibz
visibile ad equalem distantiam multiplicaret speciem:
⁊ sequitur ꝙ si medium esset infinitum. quodlibet visi-
bile quantūcunq3 remissum multiplicaret speciem per
totum illud medium: ⁊ hoc ipsi concedunt. ¶ Sed illa
videntur absurda: q2 in omni actione videmus ꝙ agēs
potentius potest ad longinquius spacium suū genera
re effectum. ¶ Amplius omne agens finitum habz vir-
tutē suā terminatam ad determinatam distātiam. Et si
dicatur verum est vbi agentis ad passum est resistentia
que non est hic ¶ Contra. saltem fm plures opiniones
illuminans illuminat mediū absq3 resistētia: cum eius
actio sit instantanea: ⁊ tū videmus ꝙ non illuminat ad
omnem distantiam: sed ad determinatā fm diuersa il-
luminātia. ¶ Et si dicat actio visibilis in mediū est im
materialis: sed illuminātis mālis: ⁊ non spūalis hoc di-
ctum est ad placitū: q2 ita spēs apud ponētes eas ē vna
vera res realis: sicut lumen. quare verisimilius videtur
predictas nō ponere spēs. ¶ Amplius si per pdictas li-
neas fieret visio: tunc qlibet oculus ab equali distantia
iudicaret rem equalis magnitudinis: ⁊ ita oculus debi-
lis ⁊ prauus: sicut tēperat⁹ ⁊ fortis. ¶ Amplius oportet
dicere. ꝙ tales linee in qualibet visione generent de no-
uo: ⁊ in qualibz clausione corrumpant cum aliter opor-
teret eas ponere infinitas. sed omnia ista sunt friuola ⁊
falsa ⁊ frustra ⁊ multa similia possent induci. ¶ Ampli⁹
frustra fit per plura qd̄ eque bn̄ potest fieri p pauciora:
sed omnia eque bene possunt saluari non ponēdo tales
spēs: sicut ponēdo vt patebit in solutione ad argumen-
ta. ergo ⁊c. ¶ Amplius tales species si essent visibiles:
vt ponit opinio opposita ꝙ ipse per earum intensionem
possunt videri iam non viderentur differre spē ab obie-
ctis visus: cum nihil sit visibile: nisi color: vel lux. ergo nō
erunt causa visionis obiecti: sed ecēnt verus color. Sed
potius ipedirent: vt patet 2°. de aīa. ¶ Amplius arguit
ad holem. talis species obiecti que recipit in oculo. aut
recipitur i tota pupilla: ⁊ tota cristallina: aut in pte: aut
in pūcto. Nō est dicēdum. ꝙ in pūcto indiuisibili: q2 ni-
hil est: vt a ꝯplurib⁹ alibi clare est probatum. Scdo q2
tunc spēs obiectorum olum similium solum diuersifica-
torum in quātitate repñtarent illa obiecta eq̄lia. Am-
plius tanta apparebit precise res a maiori distantia vi
sa: sicut a minori. aut oportebit dicere ꝙ conus in q̄ con-
currunt linee visuales nō est in superficie oculi vel cri-
stalline. Sz magis in profundo: vnde spēs nō recipitur
in pūcto: sed in parte oculi diuisibili. Si dicit ꝙ recipi-
antur in tota cristallina ⁊ pupilla quelibz spēs: sequitur
statim illud idē ꝙ obiecta diuersa in quantitate solū in
aliis similia repñtabūtur equalia: ex quo est tantū ex-
tensa species vnius ꝙtum alterius. Si autē recipiātur
diuersimode: ita ꝙ spēs obiecti maioris plus occupet de
oculo ꝙ minoris: talis pportio nō videt posse saluari in
tā paruo recipiente: cū diuersitas sit valde magna inter
res visas. Amplius cū vna ps pupille sit ita apta recipe
re speciem sicut alia vt obiectū sit approximatū: ita de-
bet imprimere in vnā sicut in aliā: cū in medio circūcirca
spēm generet: immo etiam generet spēm in toto spacio:
vbi est oculus si ibi non ecēt oculus.

¶ Nunc habitis ad argumēta alterius opinionis. Ad pm̄
cum dicit auctoritate Auerro. ⁊c dōm ꝙ quātūcūq3 ab
aliis exponatur: nos tamē credimus ipsum fuisse illius
opinionis quā pro vera nō asserimus: sed per oppositū
vt visum est. ¶ Ad rationes quas adducit. Ad pmā tūc
agens ageret in distans non agendo in mediū. concedi
mus hoc posse fieri: ⁊ probatur ab aliquib⁹. Primo de ra
dio solis: q2 si radius solis generaret in terra non lume
causaret a sole: sed a radio propinquo: ita ecēt radiosa ps
iuxta radium que non ex directo respicitur a sole: sicut
que ex directo aspicitur: quia ita ex directo aspicit a ra-
dio illo causante per se. sicut aspicitur illa que irradiat.
Unde si pro possibili sol non esset: ⁊ radius conseruaret
cum respiciat ita vnam partē sicut aliā: ⁊ eque illis ap-
proximetur: ⁊ mediū vbiq3 est equaliter aptum natum
recipere. ita debet pci⁹ irradiare vnā partem sicut aliā.

¶ Amplius hoc magis apparet de duabus candelis ra-
diantibus idez foramē: q2 illa que est: vt ita dicaz: in la-
tere sinistro pijcit ⁊ generat radiū in opposito forami-
ne dextro ⁊ ꝯ°. que est in loco dextro generat i loco op
posito sinistro: hoc autē non posset esse si radius genera
retur imediate a lumine existente in foramine ⁊ nō im-
mediate a cādela: q2 magis ex directo respicit alias par
tes ꝙ illam. ergo illud est malum signum ꝙ predictus
radius a candela imediate producitur a radio: aut pro-
ducitur lumen remissius: qd̄ est in partibus vbi non est
radius: ⁊ sic esset etiam in partibus vbi apparet radius
nisi esset principale agens. Nec valet si dicatur illud id̄
esse: quia radius agit virtute solis vel cādele iccirco nō
potest irradiare: nisi ex directo ad solem vel ad cande-
lam quia vt dicunt sic probantes queritur quid est age-
re in virtute solis vel hoc est. quia sol concurrit cum eo
ad causandum effectum immediate. puta lumē: ⁊ sic ha-
betur propositū: ꝙ sol immediate agit in distans. licet
partialiter: aut quia sol agit in vno modo ⁊ conseruat il
lud: sed tunc argumenta: prima stant. q2 nec ptes medij
ita respiciunt illā partem: sicut illā. ergo ⁊c.

Exemplū de duab⁹ candelis in eodē foramine radiantib⁹.

¶ Amplius si aliquod calidum in summo duorum pe-
dum agat in aliquod passum nulli dubium ꝙ quelibet
medietas illius calidi agit. cum totum nihil aliud sit ꝙ
sue partes: ⁊ clarum est ꝙ medietas magis distans non
agit in aliam medietatem. Et similiter si essent duo ca
lida in summo contigua: ⁊ approximarentur vnum im-
mediate alicui passo ⁊ aliud mediante illo: clarum est
ꝙ ipsa plus agerent in illud passum ꝙ si solum vnum
illorum approximaret: ergo illud agens qd̄ distat agit
in illud passum: ⁊ clarū est ꝙ nō agit in illud aliud agēs
quod est immediate tangens passum cū quodlibet isto
rum sit calidum in summo: ⁊ multa similia possent addu
ci. Potest ergo aliquid immediate agere in distans nō
agendo in medium. Credimus tamen nos oppositum
fuisse de mente Auerroys ⁊ philosophi. Hanc tamen
opinionem credimus veriorem: communiter tamen ex-
ponitur a tenentibus illam opinionem ꝙ agens propin
quum ⁊ passum propinquum debent esse simul vel simul
tate virtuali: vt ꝙ agens sit in debita propinquitate ad
passum. vel simultate naturali: q2 inter agens ⁊ patiens
non sit aliquod medium mediatione cause.

¶ Ad secūdam. tunc visio posset fieri per vacuum. con-
ceditur. dūmodo obiectū esset illuminatum. Et cum di
citur ꝙ lumen requiritur propter mediū: vt faciat ipm
actu dyafanū. negatur. quia aperte videmus ꝙ visibi-
li existente illuminato ⁊ medio obscuro adhuc fit visio.

Alia litera esset actre.

Actio visibilis.

¶ Ad tertiam negatur. Et cum dicitur: ex quo nihil debet in medio causari: ex nullo medio impedietur: hoc negatur. quia actiones procedunt ab agentibus in passa: cum determinatis conditionibus ⁊ circunstantiis. Sicut enim visibile non agit in visum: nisi in determinato situ ⁊ distantia: vt clarum est: ita non agit in visum nisi non existente medio opaco inter visum ⁊ ipsum. Et si dicatur de lupo meio: siue ceruerio qui videt hominem stante monte inter ipsum ⁊ hominem. Dicitur ꝙ videt eum per porositates montis: vnde si ibi non essent pori: nullo modo posset videre eum: licet aliqui reddant aliã causam: propter speciem multiplicatam in aere: que ꝓpter acuitatem visus illius est illi vt obiectum: quam dimittimus nobis consonum non existens. ¶ Ad quartã negatur consequentia. Et cum dicitur ⁊c. non valet: quia quantumcunqꝫ nihil fiat in medio, requiritur tamẽ determinata distantia agentis ad passum cuꝫ sit finite virtutis: propter quod non tenet quod inducitur. ¶ Ad quintam negatur consequentia. Dico tamen ꝙ si per visionem reflexam intelligamus visionem obiecti non in directa oppositione oppositi ꝯ oculũ. ꝯcedo. sed hoc fit absqꝫ tali gñatõe spẽꝝ in medio: vt patebit. ¶ Ad sextã negatur consequentia: quia iam dicit ꝙ lꝫ in medio nihil ab obiecto causet: tamen diuersimode agit obiectum a longiori distantia ⁊ minus longa: ꝓpter qđ in quibusdaꝫ ꝑticularib⁹ dispõib⁹ accidit ꝙ allegat. Et forte posset dici ꝙ si esset vacuũ: tunc non appareret ibi ꝑdicta diuersitas: non tamen ex illo sequitur: ꝙ si apparet stante medio ꝙ hoc sit ꝓpter multiplicationẽ specierũ in medio: sꝫ ex alio. quia lumen qđ intercipit in spacio maiori inter obiectũ ⁊ visum est valde diuersum ab eo ꝙ in minori: ⁊ ideo diuersimode oculus alteratur ꝓpter quod accidit predicta varietas. ¶ Ad septimam patet ex dictis. ¶ Ad octauam. ⁊ vniuersaliter ad illas experiẽtias que adducuntur. ¶ Propter qđ notandũ. pꝛimo ꝙ in organo visus sepe sepius imprimit qualitas aliqua que vere mauet visum tanq̃ obiectum que nõ est spẽs: nec actus videndi: sed effectiua actus videndi: ita ꝙ vere illa qualitas ab oculo videtur. ⁊ hoc expꝛesse patet per multas experiẽtias: ⁊ si quis diu respexerit aliquid ꝙ circunuoluatur: postea vertat visum ad res quiescẽtes ille apparẽt moueri circulariter. Similr̃ si quis diu inspexerit aliquod splẽdidum: ⁊ vertat se ad alia: vel etiam claudat oculos manifeste videt splẽdoreꝫ. Et circa hoc narrat pħs multas experientias in de somno ⁊ vigilia: ⁊ de sensu. similiter etiam Auer. ⁊ tamen illa qualitas non est necessaria ad visionem obiecti a quo causatur: imo potius esset impeditiua. ¶ Secũdo notandum etiam propter dicta ꝙ visio quantum proposito pertinet est duplex: quedaꝫ recta in qua requiritur ꝙ oculus in directa oppositiõe sit ad visibile: ⁊ visibile sit illuminatum ⁊ medium dyafanum vel nõ opacum: ⁊ sit visibile in debita propinquitate ad oculum: ita ꝙ in illa visione quãtũ est ex pte obiecti nõ concurrunt nisi duo agentia: vnum ꝑticulare vt color. alteruꝫ vt vniuersale: vt lumen: ⁊ hoc dico in visiõe coloris: quia in visione luminis nõ nisi vnum. ⁊ nõ curam⁹ modo: an visus sit potẽtia actiua: aut nõ. Alia est visio reflexa in qua visibile videtur nõ existens in directa oppositione ipsi oculo: ⁊ in illa requiruntur ex parte obiecti illemet agentia que requiruntur in visione recta: ⁊ vltra illa vnum aliud agens vel plura agentia s̃m diuersitatem que sepe accidit in diuersis reflexis visionibus: hoc autem tale agens est aliquod corpus tersuꝫ politum vel splendidum: vt speculum vel corpora illa similia: sicut etiam aqua. que concurrunt in visione reflexa tãq̃ ꝑtiale agẽs effectiuũ illius visiõis. ¶ Istis suppositis respondendum. propter qđ vnum est notandũ ꝙ in oculo sepe imprimitur aliqua qualitas que vere videtur ⁊ est obiectum visus que non est necessaria ad visionem obiectoꝝ extrinsecoꝝ: ꝙ patet multis experientiis positꝫ a pħo in de somno ⁊ vigilia in aspectu illoruꝫ que in oculo vehementer imprimũt. ¶ Ex his patet ad ea que adducuntur de baculo in giro girato ⁊ omnibus similib⁹: illud enim non est propter speciem: sed vere est aliqua qualitas in oculo impressa qua videtur: que non est necessaria ad visionem: sed potius illius impeditiua.

¶ Id autẽ qđ adducitur de vna re que apparet duplex non est ꝓpter species: sed ꝓpter incõuenientem situm instrumenti visus: sicut etiam cum vnus oculoruꝫ per directum sensum eleuat vel infra deprimitur vna res apparet due. ¶ Id autẽ de denario non est ꝓpter speciem in aqua impressam. Sed est ibi visio reflexa ꝟtute hui⁹ tertii agentis concurrentis in illa visiõe qđ est aqua. cuius virtute potest denarius videri in situ in quo sine ꝑdicto agente concurrente videri non posset. ¶ Et similiter dicendum de sole in aqua representato: quia enim aqua ex motu in ea facto tenet locum duplicis vel triplicis speculi hinc est ꝙ est causa predicte apparitionis. ¶ Et similiter ad id qđ dicitur de appȩitiõe in speculo: non enim aliqua res videtur que sit in speculo vel aere: sicut dicunt multi de specie: sicut etiam hacmet volunt perspectiui: sed videtur illudmet obiectum cum a multis creditur esse spẽs illa: ⁊ hoc visiõe reflexa que ẽ mediãte speculo: qđ est tertium agens cõcurrens in hac visione: ⁊ sic cum plura specula concurrũt vel diuersa specula in figuris fiunt diuerse visiones ⁊ multiplicate ⁊ eiusdem rei apparentis in diuersis locis: ⁊ sitibus. Si enim aliqua res in superficie speculi existens videretur que esset talis species: tunc omnis videns totam speculi superficieꝫ vbicũqꝫ predictus videns esset videret predictam speciem: quia ex quo videt totam superficiem si in illa est aliqua qualitas visibilis illa videbitur: qđ est falsum: ⁊ contra experientiaꝫ. Non ergo aliquid qđ sit species in superficie speculi videtur: ⁊ similiter ꝓpter predictam causam posito aliquo transparenti ante oculos habente aliquẽ colorẽ vt vitrũ rubeuꝫ res que videtur: apparet illius coloris: nõ quia in illo recipiat species illi⁹ rei. Sed quia id sicut tertium agens cõcurrit ad predictã visionem causandam.

¶ Utrum lumen in visione sit necessarium ꝓpter colores vel propter mediuꝫ. Questio. lxiiii.

Extodecimo querit. An lumen in visiõe sit necessarium ꝓpter colores vel propter medium. ꝙ propter medium auctoritate pħi. ⁊ Auerro. secundo de anima: qui volunt ꝙ lumen requiritur: vt faciat de potentia dyafanum actu dyafanum. ¶ Ad oppositum arguitur. quia lux est primum obiectum visus. ergo omne aliud quod videtur vt color propter lucem videtur: ⁊ per consequẽs propter colores requiritur. antecedens probatur. quia nihil est obiectum visus nisi color ⁊ lux. Sed ꝙ lux sit obiectum primum patet: quia pro tanto color videtur pro quanto participat luce. ¶ Amplius color sine luce videri nõ potest: sed lux potest sine colore videri prima consequentia de se patet.

¶ In hoc quesito est vna opinio que ponit ꝙ lux est necessaria ꝓpter mediũ ⁊ nõ ꝓpter colores quia si eẽt ꝓp colores: tũc color nõ esset per se visibilis. ex quo a lumine reciperet formã qua videret. Oppositũ autẽ illius ponit pħs 2°. de aĩa. ¶ Amplius color est in actu absqꝫ omni luce. ergo lux nõ est necessaria: vt colorẽ faciat eẽ actu: ⁊ illa opinio videtur esse de mẽte Auer. 2°. de anima. Requiritur ergo s̃m illam opinionẽ lux nõ vt faciat colores actu motiuos visus: cum de se hoc habeant. Sed vt faciat medium aptum ad receptionem specieꝝ colorum quas non potest recipere: nisi sit actu lucidum. ¶ Alia est opinio huic contraria ꝙ lux requiritur ꝓpter colores nõ propter medium: ⁊ fuit opinio Auẽpace. ⁊ probatur maxime per hoc ꝙ mediuꝫ obscuꝝ potest recipere species coloꝝ. Color autẽ absqꝫ hoc ꝙ illuminet nõ potest eius spẽm imprimere in mediũ: nec põt videri: ⁊ hoc pꝫ: quia existẽte oculo in obscuro videt colorẽ illuminatũ. Colore aũt in obscuro existẽte quãtũcũqꝫ oculus sit illuminatus. ⁊ silr̃ medium circa oculũ non videt ꝑdictus color. Ex quo clare pꝫ ꝙ lumẽ ꝓpter colores requirit ⁊ nõ ꝓpter mediũ: ⁊ hoc videtur etiã eẽ de mente Auer. 2° đ anima. cum dicit. ⁊ nã coloris est alia a natura lucis: lux enim est visibilis per se. Color autem me͡dia͡te luce: vnde ⁊ ab aliis exponeretur mediãte luce actuãre dyafanũ nõ colorem. ¶ Est alia opinio ꝙ lumen requiritur ꝓpter vtrũqꝫ: ita ꝙ si color ⁊ aliqua pars medii non sit illuminata non potest coloris visio fieri.

¶ Nos vero iuxta dicta in antecedẽti quesito tenemus in hoc dubio lucem in visione coloris solum fore necessariam ꝓpter colores ⁊ nõ ꝓpter medium. declarat primo. quia apud nos in antecedẽti quesito visio fieret quantumcunqꝫ

Notabilia.

Non propter colores est lux necessaria sed propter medium.

6

tūcunq3 vacuū3 esset inter oculū z obiectū. ergo tūc lux nullo modo ꝓpter mediū requireret: sed cū3 obiectū nullo modo possit videri: nisi sit illuminatum: seq̄tur ꝙ solum ꝓpter colores requirit. ¶ Amplius rō Auēpace est in hoc multū efficax: q2 cum mediū sit eiusdē3 rōnis z dispositionis in oib9 suis partib9: qua ratione aliqua pars eius pōt vere recipere spēm seu intentionem coloris absq3 lumine vel potest nō impedire visionē: l3 nullum in se habeat lumē: eadem rōne z totū: q2 nō est maior ratio de vno q̄ de alio: sed ita est vt clare patet per experientiam. ¶ Amplius lumen ipsum potest videri quātūcūq3 medium quasi nō illuminet: sicut p3 de lucētibus nocte. ergo lumen ꝓpter obiectū requiritur: z nō ꝓpter mediū. ¶ Circa dicta tn̄ diligenter notandū3 ꝙ principale obiectū sensus visus est ipsa lux: z hoc q2 nihil absq3 luce pōt mouere visum: immo etiā color nō est motiuus visus: nisi ꝑ q̄to luce pticipat: lux aūt absq3 cōcursu alterius mouet visum: quapp quedā que in se hn̄t de permixtione lucis: amplius aliis coloribus mouent visum in obscuro z lucēt: sicut quercus putrida noctiluca z similia: que tamē in lumine magno solū appent colorata z non lucida: q2 paruum lumē occultat a maiore: z apparent talia sic de nocte lucentia: in die vel in lumine magno coloris albi: q2 ꝑdictus color plus est de luce pticipās quolz alio colore. ¶ Ex his dictis posset sustineri: si quis vellet ꝙ color z lux nō differunt spē: q2 iam narrata in lumine apparēt colorata: sicut alia colorata: z qualitas eorum verus color a quolib3 vidente iudicatur: de nocte autē ꝑdictamet q̄litas in sui esse nullo mō variata vera lux esse ostēditur. z sic ēt poss3 sustētari de oi alio colore: z tn̄ cū hoc stat vt clare p3 cuilibet intelligenti ꝙ nō omnis color in nocte debeat lux aliqua apparere: ꝫ fm hoc posset sustinere si quis vellet ꝙ omnes colores essent eiusdē spēi: vt iam fuit opinio aliquoꝝ: l3 hoc nō necessario sequatur ad dictū añs. Qualitercūq3 tamen quis in his opinet clare p3 q̄lr color ad visionē3 sui eget luce: vel ab eo in sui esse participata vel secum cōcurrente. Nō enim pōt visiua potētia ad actū moueri nisi suo principali obiecto ad generationē visiōis concurrente. Nō aūt eget lumine mediū visiōis: z q2 absq3 omni medio pōt fieri visio: vt ante fuit visum: z q2 mediū q̄tūcūq3 obscurū pōt moueri a colore z lumine si quis sequat opinionē aliā: vt clare experientia ostēdit. Patet ergo ꝙ lux requiritur solum ꝓpter colores: et q2 color eget luce: z ꝙ lux nullo mō ꝓpter mediū requiratur. Cōtrarium aūt opinātes nō ta3 bene dicūt: put nobis apparet. ¶ Et cū ꝓbat. ꝙ lux nō req̄rat ꝓpter colores: q2 tunc color nō esset p se visibilis. negat. Non eni3 fm opinātes sic ponitur lux requiri ꝓpter colores: quia colori largiat habitū vel formā: quo mediante moueat visum: vel q2 colorē nō existēte3 actu deducat de potentia ad actū: tunc enim color nō esset p se visibilis: sed requirit lux tanq̄ vnū agens vniuersale ꝯcurrēs ad causandum actum visionis ꝓpter causam dictam simul cū colore: ita ꝙ actus visiōis immediate causat a colore z luce: ita ꝙ q̄libet illorum doctorum agentiū est partialis cā cōcurrens immediate ad causandū totū illum effectum qui est actus visionis: z est simile sicut de sole concurrente ad causandū effectus: cum causis inferioribus pticularib9. Color ergo nec acq̄rit a luce habitū vel formā qua me[te] videatur: quapropter nō sequit ꝙ nō sit visibilis per se: nec sequit ꝙ fiat in actu color ab ipsa luce.

¶ Utru3 excellens visibile corrumpat z destruat visu3. Questio. lxv.

Decimoseptimo queritur. An excellens visibile corrumpat z destruat visum. ¶ Qd nō: q2 aut hoc faceret inquantum agit in visum actione spirituali: z hoc nō: q2 talis est visus perfectiua z non corruptiua: cum ipsum de potentia deducat ad actum z de actu primo ad 2m. Talis aūt dispositio nō est potentie corruptiua: sed perfectiua. Aut hoc facere3 inquantum agit in visum actiōe mālī: z hoc non: q2 visibile excellentius amplius visum deberet corrūpere: cuius oppositu3 apparet. Uidemus enim legentes literas grossas multominus debilitari in visu q̄ minutas literas exercētes. ¶ Amplius visus vehementius laborat z corrumpitur in videndo res longinquas q̄ ꝓpinquas: vt experiētia p3. Et hoc maxime in visu defectum aliquē non habentē: z tn̄ nulli dubium ꝙ visibile remotius est remissius z debilioris actionis visibili existenti magis ꝓpinquo. ¶ Oppo[m] p3 per experientiam: z est inia ph̄i 2°. de ala. ꝙ excellēs sensibile destruit sensum. ¶ In hoc quesito de ꝯ°ne nulla est ambiguitas: sed de mō z causis eius: ꝓpter qḋ attentione dignū ꝙ visibilia fm eoꝝ diuersitatem diuersam in visum faciunt impressionem: ex qua sequit aliquādo visus lesio vel cōfortatio. Silr etiam ex diuerso cōcursu luminis cū visibili sequit diuersa visus dispositio. nec miru3 cum ia3 dictū sit. ꝙ ambo sunt cāe visionē causantes: visibile enim in visum imprimit sui noticiā que principalius ale pertinet: z illa talis qualitas q̄tum est de se nō h3 visum debilitare: immo quāto esset intensior tāto pl9 visiuam potentiam h3 perficere. Si ergo ex noticia visibilium visus ledit est per accidens ex aliis dispositionibus que cōcurrūt in organo z instrumentis visus in opatione visus: vnde q̄tūcūq3 visibilia sunt ꝓportionata nihilominus ex cōtinuata operatione spūs z calor naturalis resoluit: vnde visus ledit: quapp fuit necessari9 somnus vt sensus quiescerēt ab opationib9 z fieret naturalis caloris restauratio. Imprimit etiā visibile in visum seu organū visus qualitates diuersas quib9 aliqñ spūs oculi dispgit seu disgregatur. Aliqñ nimis vnit seu congregat ex quib9 seq̄tur multiplr visus lesio: q2 seq̄tur ēt hūiditatū oculi trāsmutatio: z in calido frigido sicco et humido alteratio. Aliqñ enim visibile imprimit in visū qualitatē que vere est obiectū visus z cā actus videndi sicut p3 in multis experiētiis quas tāgit ph̄s 2°. de somno z vigilia. Aliqñ imprimit qualitatē q̄ nō est obiectu3 visus: nec cā actus vidēdi: seu ēt spēs visibilis apud ponētes illas: sicut sepe videmus ꝙ post visionē aliquorū visibiliū in absentia illoꝝ manifeste visus apparet fortior z cōfortatus: z aliquādo post visionē aliquoꝝ visibilium in absentia eorum visus remanet debilitat9: z tn̄ in neutro hoꝝ casuū nihil existens in oculo experit videri. Multipliciter ergo visus a visibili alterat nō in eo ꝙ sui noticiā generat seu actum videndi seu spēs apud ponētes illas que a plurib9 alteratio spūalis appellat. Sz in eo ꝙ alias qualitates visibile imprimit instrumētis visus ea a sui ꝓportiōe remouēs quas appellāt reales seu māles de quib9 appellationib9 non curamus. Non solum aūt visus leditur ex alteratiōe a visibilib9 diuersimode facta in organū visus. Sed etiā ledit vel iuuat ex operatione anime mouentis spūs z sanguinē diuersimode in diuersis operationibus. Clarum enim est ꝙ anima habet dominium in motu spūs z sanguis: ex quo apparebit aliquoꝝ causa que dicent. ¶ Ex his aūt apparet cā multorum que experiuntur: z apparebit solutio eius qḋ q̄rit z arguit. Nam visibile excellens multū de luce participans multu3 habet spūm oculi disgregare z subtiliare. vnde confundit visum. Similr multitudo lucis oculū ingredientis nimis humidū cristallinū intendit. Unde remouet eum a tēperamēto sue ꝯ°nis: z eius partem subtiliorē in fumum resoluit: qua resoluta eius partes magis grosse incipiunt constare z inspissari. Ita eni3 expresse habet q̄rto metheoroꝝ de coagulatio a calido z impinguatio. Cum aūt humidū cristallinum sic spissatur nō est bene susceptibile spūs visibilis venientis a cerebro ad oculos: ꝓpter quod accidit lesio visus: z aliquando perfecta cecitas. In quo casu aliqñ etia3 oculi exteri9 apparēt pulchri. Per modū ēt ꝑdictū generat cecitas a ferro candēti ante oclos posito: quos oculos hic vulgariter appellamus abacinatos. ¶ Tenebre autē per alium modum inducunt visus lesionem licet etiam vias spūu3 obturando. Propter qḋ notādu3 ꝙ ꝓpter diuersas causas maxime calor naturalis z spiritus diffundit z multiplicatur in organis sensuu3. vna est exercitium in operibus sensuū. Exercitiū enim multiplicat calorem: z calor multiplicatus attrahit spūz. natura etiam ꝓpter operationē multiplicatā siue cōtinuatam illuc spūm trāsmittit. ex hoc enim euenit ꝙ spiritus magis multiplicatur in vno sensu q̄ in alio ꝓpter mai9 exercitium illius sensus: l3 etia3 exercitiū nimis superfluum diminuat spūm z calore3 per accidens ex resolutione superflua. Alia causa est l3 fm partem concurrat: cum antecedēte intentio anime in opere sensus vnius. Ex hoc enim anima distrahit ab altero sensu: z dirigit

Colot et lux spē nō dr̄nt.

De tenebris.

spiritum ⁊ calorē ad sensuꝫ illū in cuius opere est inten-
ta. Et cum etiā calor sit appertiu⁹ pororꝫ faciet etiā faci
lē discursum spūum ad sensum illū. ⁊ ꝑ oppositū manen
tes diu in tenebris nō habent exercitiū visus nec aīa est
intenta in operibus visus: ꝓpter qđ subtrahitur spūs vi
sibilis ab oculis ⁊ exiccant ⁊ contrahiť neruus opticus.
Similiť etiā humiditas cristallina spissať ⁊ cōdensatur
in tm̄ ꝙ qn̄ venerit ad lucē spūs non pōt subintrare nisi
parum ⁊ paulatim: ⁊ ideo statim vinciť a quolibet lumi
ne q̄ntūcunqꝫ excellenti. ¶ Et his etiā clare pꝫ quare di
uersitas lucis concurrentis cū corpore ad mouendū vi-
sum diuersimode organū visus transmutat. Apparet
etiā quo colores aliqui habēt visum cōfortare pl⁹ aliis
ſm ꝙ ab extremis nocentibus remouenť: sicut quarto
de accidenti dicitur de colore mundi vel celestino ſꝫ di
uersas translationes: ſꝫ cum oculus lesus est ex egritu-
dine alij colores sint plus oculum cōfortātes et diuersi
colores ſm diuersitatem egritudinum qui dispositioni
bus egris plus cōtrariant: sicut accidit etiā in egritudi
nibus aliorū mēbrorꝫ. ⁊ illa oīa singulariter lege a Ga.
4° de accidenti. ¶ Ex dictis clare pꝫ qđ queriť. Sꝫ ad
ea que in principio adducitur. Ad primū dico ꝙ nō in-
quātum agit actiōe spūali intelligendo per actionē spi
ritualem seu notitiam siue actū vidēdi. Et cum dicitur
ꝙ nō inquātū agit actiōe materiali: qꝛ videmus legen-
tes lrās minutas ⁊c. Propter hoc nota ꝙ tota difficultas
huius ꝓblematis videť esse ꝓpter visiuā potentiā esse
pure passiuā. Tunc enim nulli dubium ꝙ visibile remis
sius omni via minus ledit potentiā ⁊ min⁹ circa id potē
tia visiua laborat q̄ quādo visibile est intensius ⁊ vehe
mētius visum alterans: ꝓpter qđ ab aliquibus dť ꝙ vir
tus visiua nō est pure passiua: sed actiua actus videndi
simul cū obō: ꝓpter qđ cū obm̄ est debilius ⁊ sibi obscu-
rius fatigať in cāndo actū suū plusq̄ qn̄ obm̄ est clari⁹.
Aliter pōt dici tenendo ꝙ actus videndi sola causa ef-
fectiua sit obm̄ ⁊ nō anima: ꝓpter qđ attendenduꝫ ꝙ in
omni actu visionis eo instanti iudicium aliqđ circa obꝫ
visus causať qui nō appellať actus visiue potētie cū iu-
dicij causa effectiua est ipsa aīa: ſꝫ ergo q̄tū est in actu
vidēdi solo ab obiecto remisso cāto visus nō plus fati-
gareť q̄ ab obō intensiori: ꝓpter id qđ dictū est. Tn̄ iu-
dicium qđ causať ab aīa circa predictū obm̄ remissumꝫ
obscurū est cum maiori labore ⁊ fatigatione: ꝓpter qđ
amplius spūs resoluunť ⁊ visus debilitať. In discernē-
do eñ vnam lrām ab alia ⁊ de eis iudicando aīa vehe-
mētius laborat. ⁊ ideo si sola esset i p̄dicto obiecto visio tā
minor labor esset a paruo obiecto ⁊ remisso q̄ a magno.
¶ Sed dices p̄dict⁹ labor nō erit potētie visiue: ſꝫ alte
rius in alio organo existis: ⁊ ideo talis fatiga nō erit in
potentia visiua nec in organo eius. Cuius oppositū ap
paret ad sensum. ¶ Dicēdum vt supra patuit ꝙ potētie
aīe nō distinguunť ab ipsa ⁊ ipsa aīa mediantibus istru
mentis est a qua oēs operationes nostri corporis proce
dunt: ⁊ vt inferius apparebit. Omnis actus aīe cogniti
uus est receptus in tota aīa vbicūqꝫ sit ⁊ in quocūqꝫ mē
bro: ſꝫ in diuersis actibus aīa diuersis vtať organis si-
ue instrumentis. Licet ergo ex vno illorū actuuꝫ si sine
alio esset organum ⁊ instrumentū quo anima operať mi
nus lederet. Tamē qꝛ predictus actualiter est cuꝫ alio
coniunctus ⁊ ab eo nō absolutus in quo anima vehemē
tius laborat: ⁊ quem anima nō pōt habere nisi actuali-
ter predicto organo operante. Iccirco predictū organū
per amplius a predicto obiecto: ⁊ ex predicta operatio-
ne lediť ⁊ corrumpitur. Et considera ad p̄dicta ꝙ in per
scrutatione lrārum paruarꝫ virtus motiua lacertorum
oculi vehementius laborat in figendo ⁊ firmādo oculū
vt melius illas discernat q̄ in aspectu magnarū: ꝓpter
difficilius posse circa illas discernere ⁊ iudicium ferre:
ex quo accidit maior resolutio ⁊ debilitas illi⁹ membri
anima etiā ꝓpter p̄dictam difficultateꝫ in discernendo
transmittit peramplius ad oculū spūs: ⁊ eos ibi magis
vnit ⁊ congregat: quapropter sequiť ipsorꝫ: vt supra pa
tuit amplior resolutio: ⁊ per ꝯsequēs mēbri lesio. ¶ Ad
scđm per eamet que dicta sunt pōt respōderi ꝙ nō vehe
mentius est labor ⁊ fatiga: ꝓpter actionē solam q̄ causa
tur ab illo in aīa cū sit obm̄ remissius sed ꝓpter iudiciū
sequens de longinquo visibili in cōparatione ad ꝓpin
quum: ⁊ oīa illa que dicunť in aliis solutione de visione

Potētie anime.

lrārum paruarꝫ in cōparatiōe ad magnas nec plus nec
minus possunt dici de visibili longinquo in cōparatiōe
ad ꝓpinquū. Siliť etiā in hoc est alia causa ꝓpter quaꝫ
visus in vidēdo longinqua plus debilitať q̄ ꝓpinqua.
⁊ hoc est. quia inter visum ⁊ visibile longinquum valde
plus saltem extensiue intercipiť de lumine: ꝓpter spa-
cium esse maius q̄ inter visum ⁊ visibile ꝓpinquum: qđ
quidem lumen interceptū habet mouere visum si visibi
le: quod est post eum debeat videri. lumen autē ampli⁹
in vno existens q̄ in alio habet amplius visum debilita
re ⁊ laxare.

¶ Utrum visio fiat in cristallina vel in alia parte oculi.
Questio. lxvi.

O Ecimooctauo queriť. In quo loco habeat
fieri visio. ¶ Qđ in cristallina: quia in ea p-
te debet fieri que est principalior pars orga
ni deseruientis aīe in operatiōe visiua. Sꝫ
: alis ponitur ab omnibus cristallina. ergo
⁊c. ¶ Qđ in retina ostenditur auctoritate Auerroys in
de sensu. vbi dicit. ꝙ qꝛ necesse est vt rete intrinsecum re
ctum oculi illumineť ab aqua que est inter oculuꝫ: sicut
aqua illuminatur ab aere. Uirtus enim sensibilis est in
orizonte istius recte in parte cranei non in parte aeris.
¶ Qđ in superficie oculi vt in cornea coram foramine
pupille os tendiť. Quia ibi debet fieri visio vbi termia
tur conus piramidis rei vise: quia si non fit ibi visio iaꝫ
conus debet vlterius ꝓcedere aliter non videreť esse ne
cessarium multiplicatio specierꝫ a piramide per conum
si non venit conus vsqꝫ ad partem videntem. Sed in su
perficie oculi videť ab omnibus terminari conus rei vi
se. Qđ non fiat in superficie ostendiť per Aris. in de sen
su. cum dicit. nō enim in vltimo oculi anima. sed anime
sensitiuuꝫ est. Sed manifestū est: q̄m interius quare ne
cessarium perspicuuꝫ est receptibile luminis qđ interi⁹
oculi. ¶ Qđ in cruciatione neruorꝫ opticorum qꝛ aliter
omnis res apparet duplex: qꝛ cum sint duo oculi: ⁊ due
cristalline: sic erit visio in vno sicut in alio: ⁊ per ꝯseq̄n
erunt duo videntia: ⁊ sic due visiones: ⁊ sic res duplex
apparebit nisi fiat in loco vno vbi species visibiles di-
cuntur vniri qualis est neruorꝫ cruciatio. Confirmatur
qꝛ permutata cruciatione neruorꝫ vna res duplex iudi-
catur. ergo hoc non est nisi quia in predicto loco fit visio
antecedens est clarū: cum vnus oculos subleuatur vel
deprimiť alio non permutato. ¶ Qđ i corde vř eē mēs
phi circa finē de sensu ⁊ sensato. vbi volt vnū esse sentiti
uum oim sensationū. Unde dicit necesse est ergo vnom
esse aliquid anime quo omnia sentit. Et concludit vlte-
rius quare ⁊ sentiet vtriqꝫ simul ⁊ eodem ⁊ vno Ratione
aūt non eadem. Sed clarum est. Si quid tale vnum est
nō est nisi cor: cum apud ipm̄ sit principium p̄mum ⁊ im
mediatum oim virtutum anime.

¶ In hoc questio sunt diuerse opiniones ſꝫ nō sint mul
ti doctores qui hoc pertractent questiū. Paucissimi. n.
sunt qui hoc inuestigēt in ꝓprio titulo. ¶ Joānes de Iā
dono in q̄onibus suis super libro de sensu ⁊ sensato. q̄rit
vtrum aīa visiua sit in extremitate pupille. ⁊ respondet
ꝙ anima visiua pōt accipi pro ipsa suba anime que est
forma corporis aīati quā consequitur virtus visiua: sic
sua virtus naturalis. vel pōt sumi pro ipsa virtute visi-
ua. Primo modo est i toto oculo: qꝛ forma subalis est in
qualibet parte totius. Et ꝓbat quomō in oculo est aīa
qꝛ ibi est virtus anime ⁊ operatio anime vt virt⁹ tactiua
⁊ operatio que est tactus. Si autem aīa sumatur ꝑ po-
tentia visiua sic non est in extremitate pupille: qꝛ vnum
semper apperet duo postq̄ iudicareť ꝑ duas potētias
distinctas loco ⁊ subō: quarꝫ quelibet esset sufficiens ad
videndū: qđ est falsum: qꝛ vna esset frustra.

aīa visiua an sit i extremitate pupille.

¶ Amplius ibi debet fieri visio vbi est cōtactus corpo-
rum deseruientium isti virtuti. Sed hoc est intra in loco
cruciationis ⁊ non exterius cum sint duo oculi. ergo ⁊c.
Maior pꝫ: qꝛ cum aliqua virtus operatur per aliq̄ plura
ibi principaliter debet esse vbi illa plura vniunť. Mior
pꝫ per anathomiam: qꝛ fit cancellatio neruorꝫ opticorꝫ.
Et dicit ꝙ hoc fuit causa cuiusdam accidentis: qđ con-
tigit tempore alberti: qui dicit ꝙ vnus miles vulnerat⁹
in sinistro tympore dextrū amisit oculum. quod cōtigit
ex cancellatione neruorum ab oculis ad interiores capi-
tis directorum. Et dicit ꝙ nihilominus opinio Alberti

est ꝙ visiua ꝟtus est in centro humoris cristallini. ꝛ Auerroys dicit. Ipse voluit ꝙ esset in orizonte retis in pte cranei. ꝛ hoc fuit allegatū supra. ¶ Hec opinio Ioānis nō pōt bene tolerari. qꝛ si sic esset: tunc oportuisset: vt dictū fuit etiam neruos auditus cruciari vt eiusdem audibilia non essent due auditiones. sed hoc est falsū. Ergo ꝑpter illud non videt talis esse fecta cruciatio et neruoꝝ vnio. ¶ Amplius duo hoīes videntes eandem rem habent in se diuersas visiones nec ambo iudicant illam rem esse duas: sed vnam. ꝛ si vnum alteri haberet reportare qui haberet de illa referre iudicium nunq̄ fieret talis reportatio ab illis duobus, sic ꝙ ille iudicaret illam rem esse duplicē: sed solum vnam: ergo multo fortius: lz duo oculi in eodem corpore habeant visionē seu actum videndi illa res nō apparet duplex: sed vna ꝛ iudicium qđ debet de illa re exhiberi a potētia illa interiori per representationē oculoꝝ non erit nisi de re vna et nō ꝺ duplici. Et qđ dicitur ab eo qđ altera esset frustra ita posset dici cōtra: cum visio possit fieri in cruciatione solum vno oculo existēte. ergo alter oculus esset frustra nā enim sepius duplicat membra que habent exercere opera vt si nocumentum veniat in vno remaneat alteꝝ aliquādo vt perfectius ꝛ cōpletius fiat operatio. ꝛ hoc pz per scribentes de anotomiis mēbroꝝ. ¶ Qđ autem scđo per eum inducit negat: quia predicta cruciatio est ad alium finem: immo vt multi dicūt illi duo nerui non vere cruciantur vt in cruciatiōe ex eorum duab' concauitatibus fiat vna. Sed solum adinuicem applicant vt fiat eorum sustentatio melior ꝛ fortior. ¶ Qđ autem dicitur de illo milite non arguit quātūcūq; id euenerit ex causa quā assignat ꝑpterea visionē fieri ex cancellatiōe qꝛ q̄tūcūq; nō fiat ibi: nihilomin' ex lesiōe in predicto loco facta destruitur visio.

Potētia visiua.

¶ Est in hoc alia opinio Antonij de parma in quodā tractu quem fecit de virtutibus. ꝛ est ꝙ visio fit ī corde ꝛ sic de aliis particularibus sensibus idem asserit. Dicit enī ꝙ si intelligat ꝙ potentia visiua sit in oculo: qꝛ. s. ad oculum defert calor ꝛ spūs mediante quo organū innatum est mutari a calore ꝛ recipere spēm visibilem. ꝛ deinde ab ipso defert ad principium sensitiuū: hic sensus verus est. ¶ Qđ aūt pmo mō potētia visiua nō sit in oculo ipse ꝓbat. Presupponit enim vt postea declarat ꝙ anima pncipaliter est in corde ꝛ in aliis partib' nō nisi ꝑticipatiue: inq̄tū. s. participāt aliquo: qđ est ꝓpriū instrumentum aīe qđ est calor nālis ꝛ spūs. Et ꝑpter hoc oēs alie partes vocant aīate cordis ꝛ nō aliter animate existūt. Isto ꝑsupposito ꝓbat. qꝛ ibi fit visio vbi est aīa. sed aīa est in corde cū in oclo nō fiat nisi receptio spēi coloris. ¶ Amplius oculus ex toto pōt ꝑuari visiōe dato ꝙ oculus teneat apertus ꝛ obm sit approximatū: sicut pz cum aliquis vehemēter circa aliquid intēdit: tūc enim lz visibilia trāseant corā ipso non vident. Id aūt nō eēt si in oculo fieret visio. ¶ Ampli' sicut in nobis sunt duo oculi: ita essent due visiones. Hoc autē est fatuū: sicut nō bene dicitur duas grāmaticas in nobis esse. Et ē aliā rō pħi circa finē libri de sensu ꝛ sensato. ¶ Ista opinio stare nō pōt. Primo enī ꝑsupponit id qđ nō hz ꝟitatē et paruit supra. qōe pma quarti tractat'. Et qđ vlteri' dr nō valet: qꝛ ad hoc vt aīa possit sensibilia sua apprehendere pñte obiecto oꝫ ꝙ organa sibi deseruientia sint in dispositionib' debitis ꝛ cōuenientib': qđ non sic accidit: cum homo circa aliqđ vehementer intendit: vt clare pz cuilibet intelligenti. Et cum dicitur de duabus visiōibus iam appuit in dicto ꝯ aliā opinionē qđ illi dōm. et quid velit pħs apꝑebit in nostra opiniōe.

¶ Alia fuit opinio ꝙ visio fiat in cristallina cum sit oculi pncipalior ps. Et hz illa opio ꝯ se id qđ arguit supra de duplici visione. ꝛ vr̄ esse cōtra mētē Aristo. in de sensu ꝛ sensato circa finē. Nō etiā ꝟm hoc ꝑ eleuationē oculi vna res nō apperet duas: qđ tn̄ est: quare videtur aliter esse dicendum.

¶ Nobis aūt in hoc q̄sito aliter apparet esse dicendum ꝛ ponimus in hoc duas ꝯ'nes. Prima est. ꝙ visio ꝛ quelibet alia sensatio seu cognitio siue sit intrinsecarū virtutum siue exteriorum sensuum fit in qualibet parte corporis quecunq; sit illa: ita ꝙ visio ꝛ ille actus: ita bñ est in pede: sicut in oculo ꝛ ad pħs dimittim' de actibus et operatiōibus intellectui appropriatis. ¶ Scđa cōclusio est. ꝙ ꝟm quēdā modū visio dr̄ sic fieri in oculo ꝙ nō in aliqua alia parte corporis. ¶ Prima cōclusio declaratur. qꝛ quilibet actus cognitiuus cuiuscūq; maneriei nō plus est in vna parte corporis ꝟm rei veritatē q̄ in reliqua. ꝛ si est in vna est in oībus ꝯña statim est clara: quia anima informat quālibet partē corporis: siue extendat siue nō: mō non curo. Sed añcedēs declarat. pmo sumēdo de actu visionis quelibet virtus interior iudicat de coloribus: qꝛ in istis virtutib' eiusdem anime quicquid pōt virtus inferior pōt superior ꝛ adhuc plus: tūc illa talis cognitio de coloribus que est simplex appꝛhēsio tā a virtute visiua q̄ ab aliis virtutibus aut est simpl'r eadem aut diuersa: non diuersa seu alia ꝛ alia numero: qꝛ aut esset in eodem loco. aut in alio. nō in eodē: quia vna esset frustra. etiā duo accñtia solo nūero differentia nō sunt in eodem subō. Et si dicis. ex illis duab' visionib' que sunt in eodem subō fit vna numero. Nō pōt dici qꝛ tūc illa esset vna visio perfectior q̄ aliqua aliarū ꝛ intensior: qđ nō est dicendum. Nec pōt dici ꝙ sint in alio ꝛ in alio loco: qꝛ tunc manifestissime experimur in nobis eē duas visiones simul ꝛ semel eiusdem obiecti: qđ est falsum. Et ꝑpter hoc etiā non pōt dici ꝙ visio fiat ī oculo sic ꝙ nō in alia parte: qꝛ manifeste experiremur ī nobis esse duas visiones duoꝝ oculoꝝ. ꝛ tn̄ non plures visiones experimur in nobis: cū habemus duos oculos q̄ qñ vnum solū habemus. ꝛ pz ꝙ sic deberemus experiri: qꝛ in nobis est virtus apprehēdens colores ꝛ virtus q̄ iudicat de apprehensione coloꝝ. qđ pz: qꝛ clarū est. ꝙ homo videt colorem ꝛ iudicat ꝛ experitur se illum colorem videre: qđ non est aliud nisi sensationē coloꝝ percipere. Sed si essent due tales visiones in duobus oculis: tunc de qualibet illaꝝ virtus interior iudicaret. ꝛ sic ambas experiremur: ꝛ aliter cum duos haberem' oculos q̄ cū vnum solum: quod est absurdum. Relinquitur ergo ꝙ predicta cognitio de coloribus tam ab intrinsecis virtutibus q̄ ab extrinsecis sensibus sit simpl'r vna ꝛ eadem numero. Cū ergo ipsa nō plus videat esse in cerebro vl' in corde q̄ in oculo: ex quo aīa īformat quālibet partem corporis: ꝛ in oclo plus videamur experiri id debere eē: hoc nō est nisi qꝛ in tota anima ꝑdicta videt esse cognitio. ¶ Confirmat. qꝛ nō aliter vident sensationes ꝛ cognitiones aīe sensitiue esse q̄ sit apud illos qui tenēt ꝙ aīa sensitiua ꝛ intellectiua sint eedem. Sed si aīa sensitiua sit idem cū intellectiua: tunc quelibet cognitio sensitiue esset sic in vna parte corporis: sicut in alia. Probatur. quia aīa intellectiua est indiuisibilis: ꝛ est forma totius corpis tota in toto ꝛ tota ī qualibet parte. ergo ꝛc. Et pz cuilibet intelligēti. ¶ Amplius ꝑ experientiā pz ꝙ si vna pars corporis ledit alia mouet ꝛ sine mora ad reparādū ꝛ resistendum illi nocumēto vt si pungat manus vel pes statim alia manus mouet ad resistendū ꝛ ꝓhibendū illud: lz alia man' nullū in se ꝑcipiat nocumētum simile ei qđ fit in pma. Hoc aūt nō posset esse si nulla fieret impressio nec aliqua apprehensio vel cognitio in manu in qua nō ponit esse nocumentum. ergo patet ꝙ tam in vna manu q̄ in reliqua est predicta cognitio in aīa que mouet manū vnam ad expellendū nocumentū alterius. Sed tu dices. hoc nō valet. quia id nō est: qꝛ in aīa partis ꝑdicte sit cognitio q̄ est ī parte lesa. Sz est ꝓpter virtutem regitiuam totius: ꝛ ꝓpter virtutem altiorem imperantem virtuti voluntarie motiue ipsius manus per quam virtutem imperantem virtus voluntaria motiua membrorū mouet nostra membra localiter ad aliquid prosequendum vel fugiendū. Talis autē act' anime ꝛ apprehensio vnde imperatur virtuti motiue est solū in cerebro vel in corde ꝟm opinionē diuersaꝫ nisi foret ꝙ illud per amplius antecedentia dicta cōfirmat. ꝙ s. hec omnia sint in tota anima que hec operatur licet in diuersis operibus ad diuersa referat mēbra: propter q̄ nomina diuersarum virtutum acquirit. nam si aīa que est in cerebro vel in corde nullam impressionem causaret in aīa que ē ī manu: ꝓpter qđ aīa man' mō moueret manū ꝛ prius nō nulla esset causa. ergo id nō videt esse qꝛ illud met de apprehensione est in aīa manus: ꝑꝑ qđ mouet manum ad defensionē. Nec etiā valet. si dicat or ꝙ ex tali apprehēsiōe que est in cerebro. vel in corde fit alteratio subita in spiritu manus ex qua alteratiōe aīa mouet, id: nō valet: quia aīa nō mouet nisi in se recipiat

Declaratio ꝯclonis.

ex visu illoꝝ. Nec modo curamus qualis sit illa delectatio ⁊ que habet ex visu vel auditu: nisi ꝙ nō moueri alal ad obm aliqd ex hoc ꝙ ex illo delectatione nō hꝫ: nō arguit ꝑdictum obiectuꝫ ab alali nō pcipi. Si ergo sumat delectatio ⁊ tristitia pꝑie cum dr ꝙ quilꝫ sensus ex approximatione ꝯuenientis obiecti delectatur: ⁊ ex contrario nō ⁊c. ꝓpositio est falsa. Sed bene est verum ꝙ quilꝫ sensus ex approximatione ꝯuenientis obiecti si debito mō ⁊ debito tpe approximet cōfortatur. Si aūt aliquādo alalia bruta videātur delectari i qbusdā de illis odoribus: certe hoc nō est cōtra id qd dictū est. Illud eīn nō arguit: nisi ꝙ in quibusdā quedā alalia sunt disciplinabilia ⁊ in quibusdā nō. Et silr in hoc est inter alalia magna diuersitas: ⁊ silr etiam hoc accidit ꝫm diuersos sensus qui plus vel minus ad id cōferunt. ꝙ etiam multa ꝑ sensum percipiantur: que tamē nō semper delectant: sed aliquādo vnum alal: ⁊ ex illo mouetur ad ꝑdictū obm: ⁊ aliud nō ꝓp qd ad illud nō mouebit: apparet: qꝛ ex odore feni vel paleaꝝ equus cū est famelcēs multum delectatur ⁊ ad illa mouet: ⁊ tū illamet qualitatez nūero hō cōpre..ndit: ⁊ tū ex ea non delectatur quare non mouetur ad ipā: ꝙ autem sit illamet qualitas numero: pꝫ. qꝛ ibi nō est nisi vnus odor numero. vnde non est ibi vnus odor qui percipiat ab equo: ⁊ vn⁹ ab homine lꝫ illamet qualitas multū diuersimode immutet illos sensus. Phi tamē intentio videtur ea que supra allegata est: qd patet expresse per verba eius. Nec valet: si quis exponeret ꝙ ipse intelligit ꝙ alalia illa predictos odores nō comprehendunt: qꝛ. i. in illis gaudeāt ⁊ delectentur: qꝛ causa quā in predicto suo assignat oino ꝑdicte ꝯtradicit expōni. ¶ Et ideo siquis vellet insequi dicta phi ⁊ ei⁹ opinionem saluare hꝫ in hoc viam aliqualiter iam superi⁹ inductā. propter qd attentione dignū ꝙ magna appet esse diuersitas in sensib⁹ particularib⁹ ex mutatiōe eoꝝ ad his que ipsoꝝ obiecta vocant. In sensu enīꝫ visus ab oibus videntib⁹ si sint bene disposita ⁊ eoꝝ obta sint cōuenienter approximata ⁊ alie circūstātie adsint que requirunt obta ꝑdicta vident silr apprehēdi sola ibi interueniente diuersitate maioris bonitatis in apphensione vel minori ꝫm ꝙ dicimus aliqua alalia meliorē habere visum aliis. Verisimile enim vr ꝙ cuilibet vidēti approximato ꝯuenienter ⁊ aliis extrībus circūstantiis requisitis corpore albo quodlibet vidēs apphendit albedinē ⁊ illa talis apphensio albedinis per visum nō hꝫ diuersitatem: nisi qꝛ vnū aial clarius ⁊ perfectius videt eam alio. Nō curo mō qualis est illa notitia q̄ habet ꝑ sensuꝫ exteriorē: ⁊ an absoluatur a notitia iteriori: ⁊ an sit solū simplex vel possit esse composita vel cōplexa: qꝛ illa inferius clare iuxta posse pertractabimus. Sed solū hic volumus ꝙ si iudicium insequat apphensionē ꝑdicti obiecti albi esset in oib⁹. hoc est albū lꝫ cū diuersitate ꝑdicta. Et silr idem pꝫ in sensu auditus oibus cōditionib⁹ obseruatis. Si enim fiat vox acuta vel grauis ab oibus silr apphendit similiter ibi interueniente diuersitate que in visu iam assignata illa videt ab oibus satis debere cōcedi. In sensu aūt nō silr suoꝝ obiectoꝝ fit apphensio. Qd enim ab aliquo apphendit calidum ab alio apphēditur frigidū. Nec valet. si dicat nō apphēdit frigidum sed minus calidū: qꝛ ipm nō est frigidū: lꝫ est calidum. id nō valet: qꝛ id vere a tactu apphendit frigidū. Et si q̄ratur ab hoie quid sentit vere respondebit frigus ⁊ infrigidari. Et inuestigare autē postea an illa res ꝫm se sit vere frigida vel plus frigida q̄ calida vel sit solum frigida respectu huius: lꝫ in se sit calida: qꝛ plus calida q̄ frigida est alteri⁹ virtutis q̄ tactus. ¶ Amplius si esset aliqd vere frigidū: ita ꝙ haberet solū frigiditatē ⁊ nullo mō caliditatez ipm posset poni in tali gradu remisso ꝙ approximatū tactui nō alr nec maiorē sensum frigiditatis poneret in tactu ꝙ aliquod sic remisse calidū: qꝛ in quocunqꝫ gradu ponens ꝙ plus infrigidaret. ego ponā illud in remissiori gradu frigiditatis. Et considera hoc dubium ꝙ si punctualiter similis esset apphensio illoꝝ duorum obtoꝝ a sensu tactus oporteret in vno illorum sensum tact⁹ decipi: qꝛ apphenderet illa equalr frigida que non sunt: vt clarū est. ⁊ tūc sensus circa ꝓpriū obꝫ cū ꝯditionib⁹ requisitis deciperet: qd vr expresse ꝯ phꝫ. Sed quid de hoc apparebit cum de tactu inquiremus. Hec aūt diuersitas apphensiōis in tactu dicitꝰ euenire quia mediū ⁊ organū tactus non potuit denudari ex toto a qualitatibus que sunt ꝓpriū obm tactus: sicut potuit organū visus ⁊ audit⁹. Silr etiā in gustu appet multa diuersitas in alalib⁹ nō solū. Sed magis ⁊ minus ꝫ maiorē ⁊ minorē bonitatē apphensionis. Sed in multꝫ diuerso mō ⁊ sepe quasi ꝯtio apphendendo. Nā clare pꝫ ꝙ sepe id qd vni alali placet alteri displicet: ⁊ si ab vtroqꝫ apphenderet silis saporis lꝫ ab vno perfectius q̄ ab alio nō esset vni cū tanta delectatiōe ⁊ alteri cum tanta displicentia lꝫ vnū plus delectaret reliquo: immo etiā ꝙ vni apparet boni saporis alteri quasi nullius saporis apparet. Credo enim ꝙ palea equo appeat valde boni saporis. ⁊ tū quādo ipam gusto siue mastico q̄si nulli⁹ saporis vel paucissimi ipam percipio. ⁊ tū homo ꝑfectiorē ⁊ meliorem gustū habet equo. ¶ Ex quo clare pꝫ ꝙ sensus nō silr se hꝫt in relatione ad obiecta q̄ sensibilia propria appellant nec quo ad sibes notitias: nec quo ad ea q̄ ꝑdictas notitias insequunt: sicut quo ad iudicia ꝑdictas notitias insequētia. Et silr quo ad delectationē et tristitiā insequētes illas. Nec etiā silr se hꝫt quo ad latitudinē generis obtoꝝ vt quelibet latitudo in genere cuiuscūqꝫ obiecti sensibiliū ꝓpꝛioꝝ adequat potētie illi respectu cui⁹ dr sensibile ꝓpꝛiū in quolꝫ subo in quo ipsa est. Et in hoc etiā sensu ꝯsidera sile ei ꝙ dicebat in tactu. Nā aliqua res ab aliquo aiali pcipiet dulcis vt napelus a mure napelli ⁊ iusquiam⁹ a sturno: q̄ tū ab hoie pcipiet valde amara: ⁊ cū sit vnamet qualitas nūero in napelo que mouet gustū vtriusqꝫ alalis sequet ꝙ alter illoꝝ sensuū circa obm ꝓpꝛiū deciperet oib⁹ cōditiōib⁹ requisitis ad sensatione vel sequit ꝙ idē sapor erit dulcis ⁊ amarus: cū nō sit ibi nisi vna qualitas nūero que sit sapor vel ꝙ sapor sit quedā qualitas cōpatiua inquātum sapor est. Et tu circa hoc ꝯsidera. ¶ Ex quibus clare pꝫ: q̄ nō est incōueniens ꝙ aliqua odoratiua potentia ⁊ q̄tūcūqꝫ intēsa ⁊ acuta nō pcipit odorē quēlibet: ⁊ lꝫ sit intensus: ⁊ ꝙ odorabile ꝫm totā sui latitudinē nō ē obm adequatū cuiuscūqꝫ potētie odoratiue. Latitudo ergo obiecti ꝓpꝛij sensus exterioris adequat potētiā in tota sui latitudine: qꝛ ꝙ nō pcipit ab hac potētia pcipit ab alia. Sꝫ nō adequat quālibet singularē potētiā quēadmodum eīn nutrimētū est ꝓpꝛiū nutritiue virtutis: ⁊ tū nō quodlibet nutrimētum est ꝓpꝛiū obm cuiuscunqꝫ nutritiue virtutis: vt clarū est: qꝛ tūc oia ex eisdem possent nutriri. Sed quodlibet nutrimētū est ꝓpꝛium alicuius potētie nutritiue obm. ita ꝙ tota latitudo nutrimenti adequat totam latitudinem nutritiue virtutis. nō ṫn cuiusꝫ nutritiue. Ita in olfatu ⁊ gustu ⁊ nō solum est in hoc ꝙ est obm percipi vel nō pcipi a potētia. Sed in hoc ꝙ est talē vel talē notitiam circa illud hr̄e aliter sensus circa ꝓpꝛiū obm oibus requisitis hr̄et decipi: sic appet de re que ab vno aiali apphenderet optimi saporis ⁊ ab alio pessimi. Quapꝓꝑ potuit phs optime affirmare ꝙ odores multi ab hoie pcipiunt qui non ab aliquo alioꝝ animaliū: lꝫ forte in causa quā super hoc assignat possit esse dubiū an sit ꝓp illā vel ꝓp aliā. Sed dimittimus ꝓp breuitatē. ¶ Cā aūt quare illa talis diuersitas in apphensiōe obtoꝝ ꝓpꝛioꝝ est plus in quibusdā sensibus q̄ in aliis: vt tactu ⁊ gustu ⁊ olfatu est. Nā de tactu est clarū: cū organū tactus nō sit denudatū a qualitatibus que ꝓpꝛium obm eius sunt. Gustus aūt: qꝛ est circa obm ordinatū in nutrimētū ꝫm ꝙ res est apta in nutrimentū alicui⁹ ꝯuerti vel nō ꝫm hoc reddit sapida boni vel mali saporis: lꝫ ꝓp multas ꝑticularitates aliqn plus sapiat illa que nō erit sic boni nutrimenti. qꝛ ergo nutrimēta diuersificant respectu diuersoꝝ aialiū: ideo eadē res diuersimode a gustu aialiū diuersoꝝ apphenditur: vnde i eodēmet gustu tempore quo homo famescit aliq̄ res que multum apprehendit boni saporis hoi repleto apparet saporis displicibilis. Odor aūt multū insequit saporē visus aūt ⁊ audit⁹ quoꝝ obiecta magis immaterialiter cognoscūt ⁊ habēt eoꝝ organa magis a ꝯditiōibus obiectoꝝ denudata: ⁊ ideo in eis diuersitas ꝑdicta non accidit.

¶ 2m principale inuestigādū est quid sit ꝓpꝛiū obꝫ odoratus: ⁊ cuius ꝓpꝛie sit passio odor. Obꝫ aūt ꝓpꝛiū odorat⁹ est qualitas q̄ odor dicit que nō est aliqua q̄litatuꝫ pꝛimarum: vt de se notum est. Cuius aūt odor sit passio de hoc vult phs ꝙ sit passio mixti principaliter rōne sic-

vox acuta

De odoratiua potentia.

ci. Sicut enim sapor est passio humidi. Ita odor est passio sicci. Et in his respice eius dicta et maxime in de sensu: quia cum in hoc non cadant multe difficultates non curamus extendere.

¶ 3m est videre qualiter odoratus a suo trasmutetur odore et an necessario in hoc medium requiratur et qualiter. Et in hoc laborauit Auerroys secundo de anima commento 97. et omnes viri post ipsum pedictant: et ipse: et omnes imponunt Auic. ipsum voluisse odorem non esse aliter in medio quam cum fumali euaporatione. et similiter non aliter sensum trasmutare. Unde dicit Auer. Dicunt isti quod odor non separatur a corpore odorabili et non habet nisi vnum esse tamen et quod a corpore odorabili dissoluitur corpus odorosum habens corpus subtile et odorem subtilem quod mouetur in aere donec perueniat ad sensum odoratus. et hoc videtur maxime esse verum propter res non ostendere et manifestare odores nisi cum ab eis fit euaporatio. ¶ Sed illa opinio ab Auer. et ab omnibus multipliciter remouetur. nam iam inuentum est animalia multa ad maximam et longam distantiam moueri ad nutrimentum capiendum ex odore percepto: vt patet de vulturibus et tigribus qui venerunt ad locum prelii: quod accidit in terra grecorum a remotis regionibus. Unde dicitur quod vultures mouentur a quingentis miliaribus ad nutrimentum et cibum. Sed impossibile videtur corpora illa odorem causantia euaporauerint ad tam longam distantiam: quia omne sensibile quod apprehenditur per medium equaliter debet sentiri ex omnibus partibus circulariter nisi aliquid impediat. Sed extraneum valde videtur: si etiam illa cadauera quo ad se tota fuissent conuersa in ignem qui est maxime raritatis quod ipsa potuissent attingere tantam distantiam. ergo odor fuit in loco multiplicatus ad quem non peruenit vapor. Cum enim minor dimensio sit que terre et maior que ignis: et cum vnum in aliud conuertatur: sed secundum determinatam quantitatem: impossibile videtur quod ex magnitudine: ita parua fiat tanta extensio. ¶ Amplius necesse esset vt predictum corpus penetraret aerem totum aut quod aer recederet a loco suo: quod est falsum. ¶ Amplius alii arguunt contra hoc: quia odor se multiplicat in aqua. ergo non semper vbicumque est erit cum fumali euaporatione. antecedens patet. quia pisces in aqua currunt ad odorem alimenti. et hoc etiam expresse ponit phus. consequentia patet. quia fumalis euaporatio est calida et sicca. modo tale in aqua corrumpitur. ¶ Amplius sensibile positum supra sensum non facit sensum. Sed si fieret vt dicit predicta opinio sensibile poneretur supra sensum: vt de se patet ergo etc. ¶ Sed istis rationibus respondetur. primo prime quod predicta exalatio peruenit ad illas aues: quia ventus aliquis portauit eam ad illum locum: non quia sic vndique fuerit circulariter multiplicata. ¶ 2° dicitur quod ille aues non fuerunt mote ex odore percepto. Sed quia volant multum in alto et sunt acutissimi visus: et ideo existentes multum in alto videntes predicta corpora fuerunt ad ea mota. ¶ Ad 2m dicitur quod predicti vapores cum aere permiscentur. ¶ Ad aliud dicitur quod in aqua intercipitur aer cui permiscetur fumalis euaporatio. ¶ Ad aliud oportet predictam propositionem vniuersalem negare. Sed illa remouentur a sic impugnantibus Auicen. Primo prima: quia sine omni vento videmus rem valde parue quantitatis multiplicare odorem ad distantiam magnam in qua non est verisimile vndique suam euaporationem posse attingere. Similiter si aliqua illius euaporationis pars fuisset a principio vsque ad illa: quod propter dicta verisimile non est. ¶ Quod autem dicitur de visu dicitur illud esse expresse falsum: quia impossibile videtur quod a tanta distantia cognoscatur res: et sic parua sub determinata figura et colore et oportuisset si cognouissent ea sub ratione nutrimenti. Id autem quod dicunt quod in aqua intercipitur aer est falsum: immo supra aquam leuigat vt omnes affirmant.

odor in aq.

¶ Quid autem sit de illa opinione Auicen. an possit defendi an ne non curamus ad presens: quia non est in quo sit multa subtilitas. Sed ea que ab Auer. et aliis in hoc dicuntur volumus inuestigare que maiorem habent inuestigationem et est an odor in medio habeat esse: et quale. Quod sibi non sit realiter videtur: quia in corpore simplici non videtur posse esse qualitas secunda que ponitur esse passio mixti. Sed de talibus ponitur esse odor vt omnes asserunt et vt clare est videre et eius causis. ¶ Quod autem odor non sit in medio solum spiritualiter. et per consequens quod realiter ostenditur: quia si esset in medio spiritualiter solum iam videretur medium debere a corpore odorabili debere subito permutari et in instanti cum in eo nulla esset resistentia ad illam qualitatem nec aliqua contrarietas: sicut patet de lumine et de permutatione medii a colore. Sed consequens est falsum. quia clare patet quod prius percipitur odor in aere ab eo qui propinquius est odorabili quam ab eo qui est longinquius. ¶ In hoc dubio est opinio Auer. 2°. de anima. loco preallegato. quod sicut color habet duplex esse. scilicet esse in corpore colorato. et hoc est esse corporale et esse in diaphano: et hoc est esse spirituale Ita odor habet duplex esse. scilicet in corpore odorabili et in medio. Primum est corporale. secundum spirituale. primum est naturale et secundum extraneum. Probat autem Auer. quod odor in medio habeat solum esse spirituale. Primo. quia sensibile positum supra sensum non facit sensum: quod esset si odor in medio haberet esse reale trasmutans sensum. ¶ 2°. quia qualitas que est passio mixti et compositi non potest esse in elemento simplici sicut est in mixto: sed talis est odor et habet esse in mixto corporale. ergo etc. ¶ 3°. posset hoc induci: quia tunc odor non videretur posse fieri in aqua quod est expresse apud omnes falsum. consequentia tenet. quia odor est calidus et siccus et in aqua extingueretur. Et concedit predicta opinio quod licet odor multiplicetur in medio vsque ad organum sensus absque fumali euaporatione: sepe tamen sepius vsque ad aliquam distantiam multiplicatur cum fumali euaporatione: et de hoc nullum est dubium. ¶ Sed illa opinio habet difficultates. Primo quia rationes illam sustentantes non valent. Nam cum dicit sensibile positum supra sensum etc. non habet in omnibus sensibus veritatem: nec habet veritatem ex parte sensibilis in eo quod sensibile est et ex parte sensus in eo quod sensus est. et hoc supra aliquando apparuit: et inferius clarius apparebit. immo si hoc est in aliquo sensu est ex alia causa accidentali. Si autem intelligeretur quod sensibile positum supra sensum impedit sensum: quia ipsum realiter afficiens organum sensus habet impedire operationem hoc non est remouens id quod predicta opinio vult remouere. scilicet quod ipsum sensibile immediate approximatum organo sensus habeat ipsum immutare. Sed quid de illo intellectu proponis an sit verus aut ne alias apparebit. ¶ Secunda ratio non valet: quia qualitas secunda mixti non potest esse in elemento simplici quantum ad esse fixum: et quod habeat esse in eo ex causis predicte qualitatis intrinsece existentibus in predicto simplici elemento. Sed predicta qualitas bene potest esse in elemento que continue ex extrinsecis causis dependeat: et ideo non potest dici simplici elemento intrinseca et materialis sicut est ipsi mixto. Sicut dicunt multi de colore yridis et de colore in aere causato per oppositionem inter colorem habentis: et sicut narrat Auer. 2°. de anima. commento. 67. vel 57. auctore Alexan. de colore parietum et terre per colorem planetarum apud transitum nubium: et non curo modo licet nubes non sit elementum: quia simile modo potest elementum recipere predictam qualitatem talibus causis currentibus: sicut parietes et terra quibus non inest nisi extrinsece ex occursu predictarum causarum. Et hoc dicunt multi. An autem illa opinio habeat veritatem ad presens non curo: sufficiat tamen ad destruendam rationem predictam. Et similiter etiam modo realiter odor seu corporaliter et non spiritualiter solum poterit esse in aere. Secundo illa opinio videtur habere difficultatem in conclusione. Primo quia si odor non haberet esse in medio nisi solum spiritualiter: tunc vnus odor non deberet impedire apprehensionem alterius: sicut patet de colore. Nam species plurium colorum apud ponentes illas non repugnant in aere nec vna impedit apprehensionem alterius. Sed idem in coloribus fieri non posset si in aere haberent esse reale. Sed vnus odor impedit apprehensionem alterius: vt clare patet per experientiam. ¶ 2°. si odor haberet esse in medio solum spiritualiter iam videretur quod medium deberet subito ab odore transmutari et non successiue: cuius oppositum patet: cum prius odorem propinquus sentiat quam longinquus. ¶ 3°. tunc odor non videretur habere sic vehementer et manifeste cerebrum confortare: sicut experimur: cum qualitas spiritualis non habeat nos immediate trasmutare. Nunc autem omnes auctores asserunt quod aromata secundum quod sunt aromata vehementer a membris principalibus diliguntur et attrahuntur et multum ex eis confortantur. Aromaticitas autem propter in odore consistit. ¶ 4°. si odor esset in medio solum spiritualiter: tunc non posset a ventis impediri: cuius oppositum patet. consequentia. sicut patet de colore qui solum vt affirmant spiritualiter medium transmutat. ¶ Amplius nulli dubium quod quando homo ponit sibi odorabile ad nares quod vapores perueniunt vsque ad caruunculas: immo vsque ad cerebrum: et vt supra patuit caruncule sunt proprium organum odoratus. er-

Color habet esse duplex

Aromaticitas.

go tunc organū alteraf ab odore sibi immediate occurrente: z p ɔñs: si medium realiter alteretur ab eo: nihilominus sentief: immo melius. vñ cū humor putret in naribus iuxta caruncula nullo alio pñte odorabili recipit homo odorem fetidū. ¶ Nos aūt licet has rōnes nō credamus esse demōstrationes. Uidenf tñ plus hēre de apparētia q̄ rōnes Auer. Nam sicut apud eos opz dicere sonū esse realr in aere: z quo ad suū esse nō solū spūale. sed reale: vt patuit supra de sono saltez necessario q̄ ad multas partes aeris: z lz verisimil' sit q vsq; ad organum auditus: ita etiā nō videf incōueniens q odor sit i aere z in aqua quo ad suum esse reale z non solū spūaliter. Uidemus em̄ q sensus multā hēt diuersitatem quo ad instrumēta z media z quo ad modū trāsmutandi ab eoꝝ obiectis. Aliqui em̄ videnf recipe mediuz extrinsecum. aliqui intrinsecū. aliqui vident in eoꝝ organis alteratione requirere realē. aliqui solū spūalē. Ideo odor pōt suū mediū realiter transmutare. ¶ Utrū aūt odor posset percipi ab odoratu si nulla fieret in medio impssio vt aliqui ponūt de colore respectu visus: vt supra patuit: z vt tactū fuit in qōne de sono esset dubium: qd ad pñs dimittere volumus. Quia si quis hoc vellet sustinere ex illis locis speculef viā. ¶ Attende tñ q hic sensus nō videf indigere medio intrinseco: qz lz possit fieri mediāte extrinseco medio: quia pōt illud realiter alterare pōt etiā fieri si odorabile imediate organo odorat' approximef: qd manifeste pz p medium vltimū iā inductū z hoc nō vr posse experientia negari. ¶ Si quis aūt vellet soluere rōnes factas ɔ̄ opinionē Auer. posset sic respondere. ipse enim loco pallegato soluit vltimā. z dicit q esse corporis in medio ē magis spūale q̄ esse odoris. Nā ita est de odore in hac intētione: sicut de sono. Nūc aūt videmus q sonus etiā impeditur a vētis. vnde dicit q odor adducif a ventis z impedif: immo existimatū fuit q odor esset corpus. Sed hoc non oportet esse sicut nec de sono. ¶ Sed illa solutio videf habere difficultatem: quia habere esse minus spūale vel esset esse: qd haberet vna illarum qualitatū quo ad extēsionē quā alia nō haberet. vel quo ad perfectionē. vel quo ad repñsentationem. Non pmū cum quelibet sit in subo extenso opz qualibet habere extensionē. Nec scdm qz lz vna sit perfectior alia: cum tñ ipsa inducatur in subo in quo nō est resistētia: sicut in alia ipa nō dz pl' ipediri ex motu subiecti q̄ alia. Nec quo ad 3m. qz ita vna est sufficiens repñsentatiuum sui efficientis: sicut alia: z ideo cum quelibz istarum sit qualitas extra alam in aere z nō habeāt differentiam quo ad esse repñtatiuū qd vr esse spūale: vt inferius apparebit: satis videf dictū cōfusum q odor adducitur vel impedif a ventis z nō color: quia esse min' spūale. ¶ Qd aūt dicit q simile est de sono z odore nō videtur verū: quia apud euz sonus est ex motu aeris. et ex illo causaf: z ideo illud impediens vel iuuans sonum adducit vel illius auditum impedit. De odore aūt non est sic. quia eius perceptio z illius in medio multiplicatio nō indiger aliquo motu aeris: z ideo lz ex impedimēto a vento qd fit in odore non cōcludatur odorē esse corpus. Ex illo tamen non videtur euadere vel declarare quō odor sit ibi soluz spūaliter z nō realiter. ¶ Et ideo siquis vellet soluere aliter posset: dicendo q ideo odor impedif a ventis: quia eius multiplicatio in medio non est subito z instantanea: sicut corporis: sed est in tēpore z successiue. Et forte hoc intelligit Auer. cū dicit. q esse odoris in medio est minus spūale q̄ esse coloris: quia in hoc videtur similari magis rebus habētibus esse reale z corporale. et ideo qz odor multiplicatur successiue in aere clarum est: quō adducitur a ventis z impedif. sicut de sono fuit supra optime declaratum. Quia qñ aer in quo multiplicatur odor plus appropinquat odoratui vl' remouetur magis tanto plus adducif vel impeditur. ¶ Sed dubiuz est in hoc. Si odor est in medio spiritualiter sicut color: q̄re eius multiplicatio est successiua et coloris est instantanea cum subm non videatur habere aliquam resistentiam ipsi multiplicationi odoris spūali. ¶ Et posset responderi q forte causa successionis nō est semp resistentia alicuius qualitatis existētis in subiecto. Sed aliquādo est ex natura intrinseca qualitatis que inducitur: quia qualitas est talis vel talis. vñ aliq̄ qualitates ex sui natura habenti duci successiue aliq; subito: z aliquando hoc est indiuisibilitate subiecti in quo inducitur. aliquando indiuisibilitate graduali intensiua forme: z ideo nihil mirum si odor multiplicaf in medio successiue z color in instanti. Sz istud aliā requireret inuestigationē. ¶ Uel forte posset dici q in medio in quo odor multiplicatur est aliqua resistentia ad odorem z nō ad colorem: que tamē resistētia est nobis ignota. Multe enim qualitates z dispositiōes sunt in corporibus preter qualitates nobis notas. Sed pro firmo q̄tūcūq; ille responsiōes possint tolerari magis verisimile videtur q qualitas que sic successiue medio quiescente in eo acquirif sit in eo realiter. ¶ Et ex his dictis pz quid respondendū Ad scdam rōnem factam ɔ̄ Auer. lz cōiter doctores ad illam respōdeant. Cum dicitur ois successio causatur ex resistētia z ɔtrarietate q successio aliquando causatur ex cōtrarietate aliquando ex distātia partium subiecti. Sed tunc dubiū remanet cum illa distātia sit ita in multiplicatione coporis z luminis sicut odoris. quare ibi nō est causa successiōis sicut hic respice etiaz pro his supra in questione de sono. ¶ Aliter ēt posset dici: siquis vellet q multiplicatio coloris in medio z similium qualitatum z luminis est in tempore: licz hoc fiat in tpe imperceptibili: z hoc quia i omni medio est aliqua resistentia: z hoc verisimile videf: qz videm' q in medio spissiori generaf lumen minus intensum q̄ in rariori. z hoc nō vr esse nisi ex aliqua resistentia. Sic etiam in medio magis ab illuminante distante lumen causaf remissi'. Licet his posset dici q in his duobus lumen non causaf successiue fm partes subiecti: sed solum causatur debilius: vnde resistentia vocaf aliquando qz nō potest simul forma introduci: z aliquādo quia nō sic perfecta forma introducif. z ideo resistit non ad successionem: sed ad perfectionem forme. Sed illud nō videtur valere: quia pur id videtur ex aliqua resistentia medij ad receptionem luminis: sed quelibet resistentia videtur successionem causare in omni forma que inducitur: quia nō videtur maior ratio in vna q̄ in alia: z iō cum medium sit in infinitum subtiliabile: sequif q i aere q̄tūcūq; dyaphano causetur lumen z species coloris successiue in tpe. lz in minori quāto est rarior z subtilior z videf hoc verisimile: quia expsse videmus q in aere tenebroso z grosso vel in homine habente visum debilem homo respiciens obm videtur aliquando stare anteq̄ videat obiectum vel saltem bene discernat. Unde satis istud videf concludere q actio que fit a visibili in oculo tunc fieret in tempore: z per cōsequens verisimile esset q illa que facta fuit in medio fuisset facta in tēpore. Sz quid sit de illa solutione nō curamus modo qz esset materia que indigeret longa discussione. ¶ Aliter etiam posset dici q si ventus adducit vel impedit odorem hoc est quo ad vapores qui eleuantur a corpore odorabili: quia plurimum vapor eleuatur ab odorabili vsq; ad aliquam distantiam: qui si per ventum appropinquat vel recedit ab odoratu adducit vel impedit odorem. In loco autem vbi in aere odor absq; aliquo vapore multiplicatur spūaliter aliter nullo modo a vētis impediretur. Sed illa solutio videtur cōtra experientiam: quia in oi loco z in qualibet parte aeris videtur odor a ventis adduci z ab illis impediri. Sed a sic respondente diceret q hoc est falsum. Sed vt plurimum sic apparet ex vaporibus eleuatis. ¶ Ad 3m cum dicif. si odor esset solū spiritualiter zc. non videref ita vehementer cerebꝝ cōfortare. Dicunt quidam q lz odor sit in medio solum spūaliter tamen habet cerebꝝ confortare. qz multiplicat se cum quadam alteratione medij ad siccum: ideo cōfortat cerebrum: quia est frigidum z humidum: sed calidu3 z siccum illa contemperant: ideo cerebrum confortant. ¶ Sed illa solutio non videf vera: qz quādo mediū trāsmutatur solum intentionaliter nullo modo videf in pmis qualitatibus transmutari: z ideo id qd dicit predicta solutio nō videtur habere veritatē nisi quo ad partē medij ad quam pertingit fumalis euaporatio z corpus qd pōt aerem realiter alterare. ¶ Amplius tunc cor ex aromatibus nō confortaretur: quia est calidum z siccuz qd est contra omnes auctores. ¶ Amplius mēbra pncipalia vt allegat diligunt aromata nō quia calida frigida humida vel sicca. quia aliquod diligit vnum aliud reliquum: z aliquando vnum diligit ca^m vno tempore z

odor a vē tis īpedif.

quō vent' odorē impedit.

alio tempore frigidum. Sed diligunt aromata ꝛ ex eis confortationem recipiunt minere spũum in eo ꝙ aromata sunt ꝛ aromaticitas ꝓprie in odore cõsistit. Et id hoc signum est satis forte ad probandum ꝙ odor sit in medio realiter. Et consimiliter in organo sensus.

¶ Sed posset si quis vellet aliter dici ꝙ licet odor hẽat esse solum spirituale per modum dictũ: nihilominus habet confortare: quia videmus ꝙ hic color habeat solum spiritualr multiplicari: tamẽ aliqui colores dicũtur habere multũ ꝯfortare visum ꝛ oculos: vt expresse volunt auctores. ꝛ silr poterit odor facere membris quibus appropriatur. ꝛ hoc etiam qꝛ vt dictuꝫ est. Ex Auer. odor habet esse minus spũale ꝙ color. ¶ Sed illa dicta etiaꝫ si perpendis haberent difficultatem quã dimittim⁹ gratia breuitatis. ¶ Ad primũ tũc vnius odor nõ hẽret aliũ impedire. Pro firmo hoc medium est satis cõtra Auer. Sed posset dici ꝙ si vnus odor impedit aliuꝫ hoc est forte solum in spacio aeris ad quem perueniunt vapores. Non autem in spacio in quo multiplicantur solum spiritualiter. Sed sicut dictum fuit de ventis. Ita potest dici ꝙ hoc videtur cõtra id quod per experientiam inuenitur. ¶ Similiter predicta solutio non videtur stare: quia ꝗ̃tũcunqꝫ corpora habentia colorem realiter sint in diuersis locis aeris: ꝛ vbicunqꝫ vnum non impedit alterius visionem. Et simlr deberet esse de odorabilib⁹.

¶ Sed huic respondetur ꝙ odorabilia adinuicem se alterant realiter per causas odoris. non sic autem visibilia: per quã alterationem se impediunt illa ꝛ non visibilia: lꝫ per odorem illa se nõ alterent: etiam vapores vni⁹ odorabilis miscent cum vaporibus alterius: ꝛ vnum alteri applicatur vnde se impediunt: qḋ non euenit in visibilibus. ¶ Uel aliter posset dici ꝙ id habet veritateꝫ in forti odorabili a quo non solum prouenit transmutatio in organo spũalis: sed etiam realis quasi organi corruptiua. Sicut etiam prouenit a forti sensibili in visu ꝛ in aliis sensibus. ¶ Sed hoc etiam videtur cõtra experiẽtiam in odoribus non fortib⁹ nec habentibus sensuꝫ corrumpere. ¶ Uel aliter ꝙ illud prouenit in odore non in colore: quis licet odor habeat esse spũale minus tamẽ ꝙ̃ color ꝓpter qḋ plus euenit impedimentũ. Sed hoc habet difficultatem supra allegatam de esse spirituali.

¶ Ad vltimaꝫ quãdo homo ponit odorabile ad nares: Põt dici ꝙ odor multiplicaꝶ cum fumali euaporatione per totum spacium vsqꝫ ad nares sed in medio nõ recipitur nisi spũaliter: ꝛ ideo multiplicatio cũ fumali euaporatione nõ est necessaria saltem in parte medij contigua organo odoratus. Ita respondent in hoc aliqui doctores. Et ſm hoc oporteret dicere ꝙ si vapor immediate cõtangeret organum odoratus ipse non sentiretur.

¶ Sed illa solutio haber satis difficultateꝫ: quia satis videtur extraneum ꝙ vapores attracti per nares qui ꝑueniunt vsqꝫ ad cerebrum ꝛ ipsum multum confortant peruenientes ad caruũculas non agãt in eo sine medio: ꝛ ideo verisimilius videꝶ ꝙ ille sensus nõ indigeat medio extrinseco. vt est dictũ. ¶ Ex his pꝫ ad iducta in principio quesiti.

¶ Utrum gustus sit tactus. Qõ.lxx.

22

Sapores et tactus sunt obiecta gust⁹.

Vigesimo secundo queritur circa sensum gustus. Et primo circa ipsam potentiaꝫ ꝛ eius organum. deinde circa eius obiectũ. ¶ Primo an gustus sit tactus. Qḋ sic quis expsse asserit phs scḋo de anima. ꝙ gustus est quidam tactus. ¶ Oppositum patet: quia potentie distinguuntur. per obiecta: sed obiecta gustus sunt sapores ꝛ tactus sunt prime qualitates que abinuicem multũ differunt. ¶ In isto quesito oportet primo videre qḋ est instrumẽtum potentie gustatiue: ꝛ in hoc dicitur per oẽs ꝙ est lingua mediantibus neruis expansis in ea a cerebro venientibus: licet etiam sint alia iuuamenta lingue vt in prolatione literarum ꝛ aliis vocibus. Uidetur autem esse gustus instrumentum lingua maxime ſm eius extremuꝫ. Sed hoc videtur posse refragari primo experientia. Quia si sola extremitas siue puncta lingue intingatur in re saporabili nihil quasi de sapore videtur ꝑcipi nisi postea lingua interius remittatur aut humidicas saporabilis tangat radicem lingue. similiter etiam in radice lingue videtur esse plus delectatio saporis: vt potest experiri: in hoc videtur arguere ꝙ ibi maxime sit proprium instrumentum gustus. hoc videꝶ argui posse per generationem saliue circa lingue radicẽ que maxime necessaria est in gustãdo: vt apparebit: ideo in loco in quo ipsa maxime est ꝛ generaꝶ vr esse gustus ꝓprium instrumentum principalr. Et sic credimus ꝙ instrumentum gustus est lingua: principalius tñ ſm eius radicem lꝫ hic sensus sit in tota lingue expãsus superficie mediãtibus predictis neruis: immo etiam predict⁹ sensus cõllicatur palato. ꝛ aliis quibusdam partibus circũstantib⁹ lingue ꝓpter neruũ gustatiuum illis partib⁹ cõicari ꝛ ad illas aliqualiter expandi. ¶ 2⁹. opꝫ videre de eo qḋ queritur an gustus sit tact⁹ ꝛ i hoc quasi est cõis olm responsio ꝙ tactus ꝛ gustus vel sumuntur formaliter: ꝛ sic gustus nõ est tactus: quia tũc nõ essent nisi quatuor sensus. Etiã quia sapor qui est ꝓprium obiectũ gustus nõ est de qualitatibus tangibilib⁹. ꝛ ideo sicut formaliter nõ est sapor de primis qualitatib⁹ sic gust⁹ nõ est tact⁹. Sꝫ si sumantur mãliter gustus est tactus. hoc declarãt multipliciter. Primo ex parte organi vtriusqꝫ sensus: qꝛ idem est neruus in lingua quo mediãte tangit ꝛ gustat si neruus est organũ tactus. Hoc etiam pꝫ ex parte medij intrinseci si mediũ est caro: quia eadem est caro que est mediũ in vtroqꝫ. 3⁹. ex parte obiecti. qꝛ obiectum gustus est sapor: sapor aũt vt vult phs fundaꝶ in humido. Humidũ aũt est quoddã tangibile. 4⁹. gustus est tact⁹ rõne modi percipiendi: quia sicut tactus nõ indiget medio extrinseco: immo debet mediate approximari saltẽ cum medio intrinseco ipsi tangibili. Ita gustus nõ eget extrinseco medio. ¶ Sed qꝛ illa aliqualiter possent molestari ad perfectã declarationem eoruꝫ opꝫ videre que sit hmõi sensus in aiali necessitas vt eius perfecte noticia habeatur. Propter cuius euidentiã primo ponem⁹ vnam distinctionem: ex dictis Auer. assumptã: ꝛ cõiter ab omnibus notatã. Scḋo iuxta dicta ponem⁹ aliquas conclusiones assumptũ ꝓpositũ declarantes. ¶ Distinctio est ista. ꝙ gustus est duplex vn⁹ perfect⁹ qui vere hꝫ apphendere sapores ſm ꝙ sunt qualitates vere distincte a qualitatib⁹ ꝑmis: lꝫ ab illis qualitatib⁹ cãte ꝛ ſm ꝙ sapor est vnũ de quinqꝫ ꝓpriis sensibilib⁹. Ali⁹ est gustus impfect⁹ qui de talib⁹ saporib⁹ nõ hꝫ apphendere. Sꝫ determinata nutriẽtia diuersis aialib⁹ cõuenietia qui oibus cõicãt aialib⁹: ꝛ illa distinctio põt extrahi ab Auer. 2⁹. de aia. ꝯmẽto. 28. ꝛ. 31.

Gust⁹ duplex.

¶ Iuxta istam distinctionẽ ponunꝶ alique ꝯclusiones. Prima est. ꝙ gustus primo modo sumpt⁹ nõ reperiꝶ in oibus aialib⁹. ꝛ maxime respectu oium specieꝝ saporũ. Ista cõclusio declaraꝶ. qꝛ per experientiã apparet ꝙ aliquod aial ꝛ multa aialia de multis gustui ipsoꝝ approximatis apphendũt esse incõuenientia ꝛ nullaten⁹ gustui ꝓportionabilia: que tñ sunt valde cõuenientia ꝛ delectabilia saporia: ꝛ multa esse cõuenientia ꝛ multũ eis placibilia: que tñ sunt valde incõuenientia ꝛ mali saporis: vt pꝫ de multis auib⁹: que nutriuntur ex venenis: et similibus reb⁹. Et silr pꝫ ꝙ nutrimẽta multoꝝ aialium nobis sunt valde displicibilia ꝛ pessimi saporis. ergo si ꝑdicta aialia haberent sensum gustus ꝑdictum iam nõ sic circa ꝓprium obm gustus deciperenꝶ ipsis sanis existentibus sicut pꝫ in visu auditu: ꝛ aliis sensib⁹. ¶ Amplius opꝫ saporea in eoꝝ nominatione ad aliquem sensum cõparare ſm cuius apphensioneꝫ talis sapor dicaꝶ dulcis ꝛ delectabilis: ꝛ talis amarus ꝛc. aliter nullus sapor posset dici dulcis: nec aliquis amar⁹: ꝛ sic ḋ aliis. Sed clarum est ꝙ nullus est talis gustus ꝛ sensus ſꝫ cuius apphensionẽ tales debeãt dici sapores: sicut gust⁹ hominis: cum in hoc sensu oia aialia excedat vt vult philosophus. Cum ergo multa aialia nullaten⁹ gustent ꝗ̃ homini sunt multum delectabilia: ꝛ multa talia renuãt ꝛ multa cum magna talia auiditate gustent que homini sunt amarissima: sequiꝶ ꝙ i eis nõ est gustus ꝑdictos apprehendẽs sapores ꝛ discernẽs. Aliter opꝫ dicere ꝙ i ꝑdicta re sunt duo sapores dulcis ꝛ amarus: ꝛ vn⁹ apphenditur ab vno ꝛ nõ alter: ꝛ alius ab alio: quod est absurdum: cum vterqꝫ sit gustui debenti vtrũqꝫ apprehendere approximatus. Aut oꝫ dicere ꝙ vna qualitas met sit dulcis ꝛ amara ꝛ aliquãdo dulcissima ꝛ amarissima: lꝫ respectu diuersoꝝ sensuum. Sed hoc etiam est absurdum: cũ principia ꝑdictoꝝ saporꝝ effectiua sint valde diuersis ꝛ aliquando cõtrariis. ¶ Sed statim contra illa:

Cõclusio nea.

quia sensus tactus in diuersis multū diuersimode ap-prehendit. Ut vnam rem vnus apphendat calidā ⁊ ali⁹ nō sic. immo aliqñ frigidā ⁊ alius temperatam. ¶ Si-militer hoc apparet in gustu: sicut de febriente apphen-dente rem amarā que est dulcis: ⁊ tñ nō opꝫ alterū illoꝝ sequi: qđ supra dicit̃ vt claꝝ est. ¶ Similr̃ hoc apparet in sanis in diuersis hoībus: qꝛ vnus auidissime ⁊ cū ap-petitione optimi saporis comedit vnam rem que alteri est displicibilis valde: sicut pꝫ de tartufis ⁊ fungis que multū aliq̈bus placent ⁊ mihi summe displicent in sapo-re. Necunq̄ de eis potui trāsglutire saltem de tartufis seu tuberibus. ¶ Silr̃ pꝫ de herba ruchetta que multis vehemēter placet ⁊ mihi inducit vomitū ꝓpter displicē-tiam: ⁊ sic de aliis moltis. Dicendū ꝙ reliquū est de ta-ctu ⁊ de illo gustu perfecte de quo loq̄mur: qꝛ organum tactus nō potuit esse denudatū a qualitatib⁹ tangibili-bus q̄ sunt ꝓpriū obiectū tact⁹: ⁊ ideo nō mirū si diuersi-mode illis affectus illas diuersimode apphendit. Sed organū huius gustus de quo loquimur: vt vult phūs de-bet esse denudatū ab oīb⁹ saporib⁹: ⁊ ideo cū aliqua re habēte saporem inficit̃ variat̃ statim sua apphensio ꝓ-pter qđ nō est simile đ vno ⁊ alio. ¶ Et ex hoc etiā solui-

Ruchete herba.

tur de gustu febrientis q̄ affectus est humore hñte sapo-rem fm̄ quē alij p̄dicti sapores apphendunt. ¶ Qđ aūt inducitur de ꝑtibus sanis certe hoc non est nisi in q̄bus-dam singularib⁹ cibis. In q̄bus aliq̄ annectūtur qua-litates ⁊ conditiones: ꝓpter quas vni placent ⁊ alteri displicent: ⁊ nō est hoc ex solo sapore: qꝛ tunc hoc etiam esset cōe eis in aliis gustabilibus: qđ non est. ⁊ hoc eue-nit eis ex diuersitate conditionū ⁊ dispositionum orga-norum in q̄bus hoīes multum diuersificantur: sicut vni multū placēt vina dulcia alteri pontica: ⁊ nihilominus quilibet discernit vnam rem esse dulcem ⁊ aliā ponticā. Ex alia ergo cōditione cōplicata insurgit cōplacentia vel displicentia: ⁊ illa est res multuꝫ cōsiderāda ⁊ in qua posset speculatio ꝓtelari. Nihilominus tamen cuꝫ mul-ta animalia insequantur delectationeꝫ sapoꝝ in rebus oīb⁹: sicut homo: ⁊ in multis multa alia animalia: veri-similius est sensum gustus qui oīa p̄dicta habet apphē-dere nō omnibus animalibus cōicari. ¶ Siquis tamē aliam viam vellet tenere inspiciat ea que scripsimus in hoc tractatu. qōne antecedenti. ¶ Sed dices. nō appa-ret ꝙ organū predicti gustus sit ab omni sapore denu-datum: quia cū gustamus linguam: vt cum comedimus eam inuenimus manifesti saporis. ¶ Similiter etiā si vnus ponat linguam in os alterius: vt pꝫ in actu vene-reo cū mulier imponat vel ecōuerso: imo ex gustu pre-dicto sequit̃ delectatio manifesta. ¶ Etiā si multa ani-malia nō habent gustuꝫ apprehendentē dictos sapores iam lingua p̄dictoꝝ animaliū non debet impediri: licꝫ efficeret̃ re amara vel alterius saporis: cuius cōtrarium est verisimile: quia etiam si videat̃ predicta lingua vel comedatur videt̃ in oībus esse similr̃ disposita: sicut il-la que predictos percipit sapores. ¶ Sed dicendum ꝙ reliquum est de lingua cum est mortua ⁊ comedit̃ ⁊ cum est viua ⁊ organum sensus. ¶ Qđ aūt scđo inducit̃ non valet: quia illa est delectatio tactus ⁊ non gustus. ¶ Et ꝙ inducit̃ 3°. nō valet: quia predicta qualitas existēs in gustu permutat naturā ⁊ qualitatē deseruienteꝫ gustui quem habet predictuꝫ animal de quo gustu loquemur. Et si p̄dicta nō alteraret nō impediret. ¶ Et circa hoc attendendum ꝙ licꝫ nō in omnibus animalibus sit gu-stus de quo loquimur in p̄dicta ꝯ°ne. In multis tñ aīali-bus est perfectus: sicut in hoīe. Et in multis non videt̃ participari: quibusdam tñ videt̃ fm̄ aliquid cōicari ꝓ quāto videmus aliqua animalia delectari per gustū in multis de quibus homo delectat̃.

De febrientis gustu.

¶ Scđa ꝯ° est. ꝙ p̄dictus sensus gustus perfectus nō est necessarius ad alimētū: imo ⁊ si deperderet̃ ab anima-li animal viueret ⁊ sumeret cibū ⁊ nutriret̃. Ista ꝯ° pꝫ ꝑ ꝓtem. Quia si esset necessarius ad nutritionē aīalium tam in omnib⁹ aīalibus necessario inueniret̃.

¶ Tertia ꝯ° est. ꝙ gustus de quo locuti sum⁹ nullo mō est formalr̃ tactus. patꝫ vt supra dicebat̃ per alios: quia sapor nullo modo est aliqua p̄marūꝫ qualitatū nec sim-plex nec cōmixta. Si ergo de p̄dicto gustu dicitur ꝙ est tactus: est: sicut dictū est supra auctate alioꝝ ⁊ p̄cise: qꝛ sentit suum sensibile cum cōtactu absq; indigentia ex-trinseci medij. Et hoc vult phūs 2°. de aīa. loquens de il-lo sensu gustiuo. ⁊ Auer. ibideꝫ cōmēto. 101. Ex illa ꝯ° ne euidentius pꝫ antecedēs ꝯ°. quia cum ex eisdem nutria-mur ex q̄b⁹ generamur: ⁊ generemur ex calido frigido humido ⁊ sicco: ⁊ illa sint vere obā tactus: nullus sensus est necessarius qui vere ⁊ formaliter nō ē circa illa. Ta-lis aūt est predictus gustus vt declarāt: ⁊ ideo est pori⁹ in aīali in quo reperit̃ ad bene esse: ⁊ ꝓpter pfectionem ꝓpter qđ reperit̃ in aīalibus perfectis plus. Et ad hanc intentionē loquebat̃ phūs 2°. de aīa. cum dicebat. Nihil enīꝫ ad alimentū cōfert sonus nec color nec odoratus. Humor vero. i. sapor est vnū aliqđ tangibiliuꝫ. ⁊ hic ve-re tetigit gustū q̄ necessarius est animali de quo statim dicemus. Propter qđ subdit. Esuries aūt ⁊ sitis cōcupi-scentia. Esuries quideꝫ calidi ⁊ frigidi ⁊c. vnde directe fecit mentionē de obiectis tactus qui est sensus necessa-rius. Et subdit. loquens de perfecto gustu qui vere for-maliter nō est tactus ostendens directe quō non est ne-cessarius. Sapor vero vt delectamentū hoꝝ est. Et ills est etiam intentio Auer. ibi.

¶ Quarta ꝯ° est. ꝙ gustus alius q̄ dicit̃ gustus imperfe-ctus omnib⁹ aīalibus est necessarius. Illa est Auer. 2° de aīa. cōmēto. 28. Cum dicit. Et ꝓpter hoc estimandū est ꝙ ille sensus in omni aīali etiā existit: sicut tact⁹. Cū ergo hoc nō possit itelligi de perfecto gustu: vt declara-tum est. sequit̃ ꝙ de isto hoc hꝫ veritatē. Hoc idē de sua intentione habet̃. 31. cōmento. Et sic etiā vt ipse asserit est de intentōe phi: licꝫ obscurius dicat. Hoc etiā est de intentiōe phi in de sensu ⁊ sensato. cap°. de odore ⁊ sa-pore. cū dicit. Nutrit aūt fm̄ ꝙ gustabile. Omnia enim nutriunt̃ dulci simplr̃ vel cōmixte.

Gustus perfect⁹.

¶ Quinta ꝯ° est. ꝙ ille gustus iperfectus est quidā tact⁹ Ita ꝙ vere ille gustus est tactus ⁊ solum de tangibilib⁹ habet apprehensionē ⁊ ille gustus: quia ad alimentum est ordinatus: ꝓpter quod omnib⁹ animalib⁹ est neces-sarius: sicut tact⁹. Illa cōclusio declarat̃. Primo de mē-te. Auer. ⁊ Aristo. in locis preallegatis. Dicit em̄ Arist. volens ostēdere ꝙ gustus est tactus ⁊ est necessarius et loquens de sapore qui est obm̄ huius sensus qui nō est nisi aliquod vere tangibile dicit. humor. ꝟo. i. sapor est vnum aliquod tangibiliū. Et declarans dat exēplū de fame ⁊ siti qui directe sunt sensus huic gustui correspō-dentes. Esuries aūt ⁊ sitis concupiscentia. Esuries cali-di ⁊ sicci: ⁊ sitis frigidi ⁊ humidi. vnde locutus fuit de p̄mis qualitatibus ⁊ nō de saporib⁹ qui sunt obiectū gu-stus perfecti. Et ideo loquens de isto sapore notāter di-xit. Humor vero ⁊c. loquens vero de vero sapore dixit. Sapor vero vt delectamentum hoꝝ est. Et hoc idem dixit. Auer. cōmento. 28. Declarans ꝙ sapor perfectus non facit de se ad alimentum. Sed per accidens. vnde animal quādo famescit ⁊ sitit desiderat calidūꝫ frigidū humidum ⁊ siccū ⁊ nō desiderat dulce nec amaꝝ. ⁊ ma-gis supra in eodem cōmento dicit. Sapor autem si exi-stit in cibo fm̄ ꝙ est cibus est vnus modoꝝ rerum tan-gibilium ⁊ sensus gustus est aliquis tact⁹. Certe nō pos-set expressius predictaꝫ affirmare ꝯclusionē. Et subdit. Et ꝓpter hoc opinandum est ꝙ ille sensus existit in ani-mali: sicut ⁊ tactus ⁊ est quasi spēs eius. vt directe vult Auer. ꝙ gustus non est nisi quidam tactus: ⁊ ille gustus non est ille qui discernit inter differētias saporis. Sed solum conueniens ab incōuenienti. ⁊ ideo obm̄ eius nō est nisi quoddam tangibile. Hoc idem expresse asserit. cōmento. 31. Cum dicit. ⁊ iste locus indiget cōsideratio-ne. Estimatur enim ꝙ gustus est vnus modoꝝ tactus fm̄ ꝙ dixit superius. Sed si aliquod animal nutritur ex rebus carentibus sapore: tūc gustus istius animalis nō erit nisi fm̄ calidum frigidū humidum: ⁊ siccum. ⁊ ideo phūs scđo de anima. determinans de sensu gustus fꝫ ꝙ causatur vnus de quinq; sensibus solum determinat de gustu perfecto. Quia tūc vere distinguit̃ a tactu ⁊ ē sen-sus quintus. Et ideo si ibi dicit ꝙ gustabile est quoddā tangibile. ⁊ ꝙ gustus est tactus: intelligit: vt expositum fuit supra. Et ꝓpter hanc conclusionē magis declaran-dam ⁊ necessitatem huius imperfecti gustus aduerten-dum ꝙ preter sensuꝫ tact⁹ qui est sensus absolute loquē-do calidi frigidi humidi ⁊ sicci: qui est necessari⁹ anima-li: vt patet scđo de anima: est necessarius hic particula-ris tactus qui est in lingua respectu determinatorum

obiectorum quem imperfectū gustū appellamus: quia nō solū animal habuit discernere de calido frigido humido z sicco zc. vt pseruaretur a corrūpentibus. sed etiam habuit discernere de determinato calido: frigido: humido: z sicco: cōueniente vel inconueniēti ad nutritionem: quia animal ex certis z determinatis mixtis hz nutriri z diuersa animalia se sepius ex variis z diuersis: z ideo nō sufficit tact⁹ absolute inter qlitates pmas discernēs. Sed reqrit pticularis respectu quorundā determinatorum obiectorum. Et gustus nominat qui directe discernit ea que sapiunt animali vt actu nutrientia. reliqua autē apphendit calida vel frigida zc. Sed non sicut obiecta sapida z conuenientia ad nutrimentū: z ideo iste qualitates particulares tāgibiles: vocant etiā sapores quia animali sapiunt. Sed non sapores qui sunt obiectū gustus perfecti. Et hoc fuit supra ostensum in auctoritate philosophi scdo d anima. supra exposita. Et hoc voluit philosophus in de sensu: vt allegatum fuit. cū dixit. Nutrit autem qd gustabile obiectat. i. non nutrit calidum frigidum zc. sm q ab³ˢ tale: ergo tunc omne mixtū esset cōueniens nutrimentum. Sed nutrit sm q conueniens huic gustui qui est tactus discernens determinata calida frigida zc. Et subdit. Omnia enim nutriuntur dulci simplr vel cōmixto. Et hoc dicit vel inquātum ad nutrimenta perfectiora perfectorum animaliū. Vel intelligit de dulci. i. sapido z gustui conuenienti: licz postea declaret de dulci: prout est sapor perfectus: quia magis inter omnes facit nutrimentū sapidū z delectabile. ¶ Sed dices. si ille gustus imperfectus nō est nisi quidā tact⁹. ergo non habet de obiectis aliquid apphendere nisi vt sūt calida: frigida: humida: z sicca. Cū ergo aliqua possint in his pmis qualitatibus cōicare z in gradibus z si nō in eorum naturali dispositione saltē in accidētali: quō poterit iste tactus apprehendere vnū esse cōueniēs ad alimentū: z aliud nō. Si ergo hoc facit nō videt esse nisi per apprehēsionē alicuius alterius qualitatis que nō est qualitas tangibilis nec qualitas pma. z per cōseqns nō videbit esse nisi aliqua de specieb⁹ saporis: z per cōsequens causatur gustus perfectus. ¶ Amplius fames z sitis qui sunt directe appetitus ordinati ad sensum apprehendentem alimenta: sunt: vt dicit phus appetitus cali. frig. zc. ergo per predictū sensum nō vident obiecta apprehendi nisi sm q calida frigida hūida z sicca. z per consequens in nullo distinguunt a tactu ab³ˢ apprehēdente pdictas qlitates pmas: z per consequēs: tūc illud ita posset fieri per aliquas ptes sensitiuas: sicut per linguam z os. ¶ Propter hoc notādū q partes nostri corporis quibus attribuit sensus tactus sunt multū diuerse nature z cōditiōis ppter qd in eis de tangibilib⁹ valde diuersificatur apprehensio. Similiter etiaz qualitates tangibiles que sunt in mixtis que qualitates mixtorum appellant: licz cum pmis qualitatibus elementorum cōueniant in hoc q calidum frigidū humidum zc. nihilominus habent diuersas cōditiōes quibus diuersimode mouent sensum. Ex qua diuersitate sequit delectatio diuersa vel tristitia z similes passiōes que diuerse conditiones ex multis possunt euenire que diuersitates z particularitates itellectui nostro sunt occulte z soli altissimo manifeste. z hoc pz in multis partib⁹ nostri corporis: sicut de tactu in membro māli: z de tactu oris stomaci: z de tactu quem vocamus gustum supra dictū. Clarum enim est q tactus virge est respectu calidi frigidi humidi z sicci: que tamen in quocūq gradu sint nō habent inducere delectationez que inducit ex approximatione seminis capiti virge. z ideo hic tact⁹ licz in sensu tactus cōicet cum aliis partibus: respectu tamē hui⁹ obiecti: qd nullaten⁹ simili modo alie partes sensitiue apprehendunt: est ab illis alt⁹ sensus. Ex approximatione aūt seminis ad alias partes sensitiuas nunq similis fieret apprehēsio: z sic est etiā de tactu de quo loqmur: qui licz percipiat calidū z frigidū: sicut alie partes tangentes: quedā tamē tāgibilia ab illis partibus diuersimode apphendit: vt ex predicta apphensione discernat z apprehendat qd gustabile est aptus cibus: z qd nō. nec ppter istos tactus singulares quibusdā partibus approximatos: z nō aliis opz ponere sextū sensū. Quātūcūq ergo aliqua in qlitatib⁹ cōicent sm q calida frigida zc. In multis tamē ille qualitates tangibiles in illis differunt ex quibus diuersimode sensum tact⁹ habēt in quibusdam diuersis partibus transmutare. Sed tales particularitates: vt dictum est sunt nobis occulte. Nō ergo hic tactus qui est gustus percipit nisi caliditatem frigiditatem zc. Sed alicui sic pportionat q percipit cōuenientia ad alimētū z alicui nō. z hoc est ex particularib⁹ conditionibus huius organi z particularibus conditionibus huius qualitatis tangibilis. Sicut etiā tact⁹ oris stomaci suā percipit resolutionē: z nulla alia pars hoc habet in qua sit similis tactus. ¶ Qd aūt scdo dicit nō valet: quia licz phus dicat q fames zc. aliter exponitur vt apparuit cū supra de fame tractaremus. ¶ Et attēdendum vlterius q talis gustus qui vere est tactus nō fuit necessarius plantis: pter earum imperfectionem. Unde quia quasi omnia mixta sunt ꝯuenientia nutrimēta plantarum nō oportuit in eis esse virtutez discernentez cum cognitione circa nutrimentū: imo sufficit hoc plante: sicut est radix terre affigi vbi quasi quodlibz fit eius nutrimentū: z sunt verba Auer. scdo de anima. cōmēto 28. vbi dicit. necesse est vt omne animal habeat sensum per quē apphendat ꝯueniens z incōueniēs ex nutrimētis vt expellat nociuū z attrahat iuuatiuū. z hoc fuit quia nutrimentū eius nō existit in potētia in pluribus rebus: sicut est in plantis: z ideo plante nō indigent sensu quo distinguant cibum. Et subdit. Et iste locus indiget magna consideratione zc. ¶ Et ad inducta in pncipio apparet quid dicendum.

¶ Utrum sapor pncipaliter sit passio sicci vel hūidi vel calidi vel frigidi. Questio. lxxi.

Sapor an passio.

23

